



XXI. PANOR. Pisa 1485.
6
47










XXI
PANOR.
Pisa 1485



Nobili et eruditissimo adolescentulo Joanni medices apostolico prothonotario benemerito. Illustris et amplissimi uiri Laurentij Medices patritij Florentini filio. Felinus Sandeus iureconsultus salutez dicit: et prosperos ad felicia optimaqꝫ litterarum principia successus.

d Um a lectionis iugo relaxatus in his natalitijs solemnitatibus uacarē: egressusqꝫ non nunq̄z onerosam iurium officinam: ad angustiorem celulam librariam: quasi ad rosarium quoddā respirandi gratia diuerterē: Reuoluebam preclara multorum opuscula. Que suauis memorie Ludouicus germanus meus omnium excellentium rerum cupidissimus: collegerat. Incidi in libellum aureum: de dictis gestisqꝫ Alfonsi: regis omnium etate sua clarissimi. Ratusqꝫ sum ex notula quadā germani: opus rarum esse ac paucis familiare. Eo perlecto. Solus mihi occurristi: quē sepe desiderauerā munere aliquo te digno uisitare. Iā.n.increbuit apud nos nomen tuū. utpote quē egregie indolis flamula: moꝝ splendor: et utriusqꝫ lingue supra etatem mirāda peritia: adeo incolunt: adeo illustrant: ut omnibus bonis admirandū diligendūqꝫ te prestiteris. Non equidē inficior ꝓfessionē meā expetere: ut qui in pontificio iure interpretando uersor: in eo munera quantula mea paruitas edere pōt: cōgruentius q̄z hec alienā messem redolentia trāsmittam: ut quisqꝫ sue artis optimus auctor esse uideatur. Ad istar sceuole clarissimi legū uatis: qui de iure pretorio consultus: ad furiuz et cassetiū illi scie deditos consultores reiciebat. ꝑ Ualerium. viij. libro una cū platonis et philonis exēplis cōmendatissim⁹ Ceterum ea nomini tuo ad id tēpus reseruātur: quo gymnasiū hoc nr̄z imo laurētianuz venerāda tua pn̄tia ōcorabis



Tūc.n.cultissime paterne uinee uigilātissimos operarios et eorum magnifica ac exquisitissima opa altiori cognitōe nō sine igenti cordis hilaritate plena ac suaui degustatione oculata fide pspicies:ita ut migratione tua discipulari fausta celorum iclinatōe gloriosa demū uictoria decūrsa: huic academie nō indecenti iubilatione dici possit. Qui te creauit,puide lactasti sacro ubere. Manusculū igit pn̄s.uelu ti maioruꝫ munerū pambulum hilari frōte suscipe. Et qui de rebus arduis:de pclare gestis:de grauiter ac sapienter dictis:succedēte tp̄e tractaturus auditurus ue es: preter grauissimi parentis.aui,p auiqꝫ tui locuplectissima exemplaria.scriptorum laudibus.et imortalitati merito cōmē danda.huius ēt celebratissimi regis dicta gestaqꝫ: tenelle adhuc sciteqꝫ ceruici tue collocabis.hos odores diu cōser uaturus.ac p ampliores faustosqꝫ,pgressus exercitando gustaturus.

Multoruꝫ et.n.grauissimis documētis celebribus testimonijs:mirandisqꝫ exemplis.incitamur.accendimur.animamur.ad illustrium uirorū uestigia summa ope imitanda Ad illos desiderandos.extollendos.contemplandosqꝫ. qui tanq̄ꝫ bonorum morum specula.tanto hominibus prestiterunt:q̄ꝫtū ceteri hōines brutis. Ad ueneranda deniqꝫ omniqꝫ indagine perquirenda illorum opera:quos si pn̄s seculum intueri non potest. p eorum saltem scripta. Cum illis esse possimus:illosqꝫ mirari:et ab illis erudiri:soliusqꝫ lectionis iocundissimo pabulo edocumari pro libito ualeamus. Illustrium enim uirorum memoria; teste posteriore africano:animus ad uirtuteꝫ uehementer accenditur.

Nosti illud terentianum in adelphis. Inspicere tanq̄ꝫ i speculum uitas hominum iubeo.atqꝫ ex alijs exemplum

summere. Et Seneca ad matrem inquit de filia. Multum sibi dabis. etiam si nil dederis preter exemplum. Et idem epistola. vj. in fi. longum iter per precepta: breue et efficax per exempla. zenonem cleantes non expressisset. si eum tan tummodo audisset. uite eius interfuit: secreta perspexit: ob seruauit illum: an ex formula sua uiueret: plato et aristoti les. et omnis in diuersum itura sapientium turba: plus ex moribus q̄ȝ ex uerbis socratis traxit. Scribit Sueto nius de cesare. ꝙ uisa in tēplo herculis imagine alexandri doluit nil memoriale a se actum esse in ea etate qua alexan der prouincias subiugasset: ob quod cepit occasiones ma gnarum rerum efflagitare. et sequenti somnio in ipem auct' est. ob quod animo magna concepit. Cui simile fuit exem plum beati antonij magni. cuius uitam cum audisset Au g ustinus stupendo feruore conmotus. clamauit. Surgūt indocti et rapiunt regnum celorum. Nos autem cum no stris doctrinis mergimur inprofundum. Videbatur enim et huic et ceteris huiusmodi uiris nullum esse efficaci us documētum bonoruȝ moruȝ: integre uite: ac uirtuoso ruȝ actuuȝ: q̄ȝ aliorū añ oculos nr̄os sese offerētia exēpla Quibus quasi quodā ruboris stimulo nosmet ip̄os plane dimetiētes. ad aliorū imitatōem istanti aculeo cōpellimur laudabiliqꝫ inuidētie ardore inanimamur. Nolētes nostri memoriam aboleri. qui eorum īmortalitatē cōtēplamur. Quos iter nobis oblatum preclaros reddidit.

Mirandā quoqꝫ exēplaritatem ad lr̄arum ac lr̄atorum cultū tradunt. que de alexandro scribit plutarcus. Nam capto tiro darij regis opido. in quo regia gaza seruabat̄ Cum delatum esset Alexandro scrineolum: quo nihil iter opes Darij sumptuosius ornatiusqꝫ erat. multiqꝫ astan tes uaria collaudarent: ut pretiosiora. Alexander solam

homeri iliadē preeligens. custodie cōmendauit. Idem quoqȝ alexāder. Cū diogenes philosophus regiū splēdorem nihil faciēs ei dixisset. Parump ab sole mihi secedas. delectatus alexander miratusqȝ dixit. Nisi alexander eēȝ Diogenes esse uellē. Scribēs ēt alexāder aristoteli. dolui sse legit. quoniā aristotiles speculatiua quedaȝ opa apud alexandrum prius vnica: comunia fecisset: et ait: qua ī re nos ipsi ceteris p̄cellemus. Si ea quib⁹ eruditi sumus studia cepint esse comunia. Malem. n. singulari disciplina: q̄ȝ potestate p̄stare. Idē alexander. Nō minus propriū doctorem: q̄ȝ genitorē obseruare ac magnifacere se ingenue ꝓfitens: inquit. Ab hoc uiuendi: ab illo aūt: demonstrato aristotile: beneuiuēdi rōem et cām assecutus sum. Ob qđ uerum esse ōndit ꝙ filippus pr̄ scripserat aristoteli: alexandro nato. Nā tantifecit aristotelis disciplinā: ut dixerit: dijs habeo gr̄as: non tam proinde qꝛ alexāder natus est: q̄ȝ ꝙ eum nasci cōtingit temporibus uite tue: quasi de tanto uirtutum speculo tunc radiante letabundus.

Cato uticēsis tanto ardore imitari et gustare uoluit cordilionem stoicum: ut asiam transgressus: hoīeqȝ in solitudine repto: qua regum et magnorum uirorum aspectus a se abdicauerat: eum exaggregata precum mole ad uota inflexerit et ad castra usqȝ pduxerit. Let⁹ ac gloriabundus. tā q̄ȝ clariorem palmam adeptus: q̄ȝ pōpeius aut lucullus qui tunc uniuersi orbis reges natōesqȝ subigebāt: ut de ipso scribit plutarchus. Qui uitā quoqȝ ciceronis describens: exemplis antiquorū cōmotus: quos lȝ maximos: litterarum tn̄ perspicui eterniqȝ splendores: quasi necessaria ac domestica generosi animi ornamenta decorabāt. cuȝ dixisset cesarem et brutum cōsolatorias ep̄las ad ciceroneȝ misisse. Exclamans ait: O seculū doctorū hominum. At

nunc uix ē qui prima elementa proferre sciat. Uix ē qui cu
zet. Ac si lacrimabili singultu: et intrinseci pectoris impa
tienti eruptione iustissima deploratione ingemiscens: litte
rarum incōparabilem thesaurum: omne humane felicitat;
culmen longe transcendentē: miseranda desertione i obliui
onis cecitatem paulatim collapsum esse altiori uoce palaz
condoleret.

Platonis exemplo accendimur. Ad aliena opa exqui
renda colenda imitanda. Nā q̄zuis angustia rei familiaris
premeretur. centū tñ minis mercatus fuit tres pithagori
ce secte libros. Ex quibus eum postea cōpilasse thimeum
teste plutarco: dicit Hermippus. Mina aūt duas libras
z semis appendit. faciens siclos. lx. qui mille et ducentos
obolos efficiunt. Obolus aūt ē ultima numerorū signifi
catio.

Quāto i pretio hūerint uiros doctos qui populis et
prouincijs: immo uniuerso orbi impabāt. Quantiq; eoꝝ
dicta gestaq; fecerint: suauissimis demōstrat exemplis.

Sostratus homo alexādrinus cesari alexādriā igresso
nō acceptus: Ariū philosophū a cesare honoratissimum:
quocūq; incedebat: sequebat: semp memorabilē hūc uer
sum i ore hñs. Docti doctos seruabūt si docti erūt. Quo
uerbo motus cesar: petita cōcessit. Turpe. n. atq; abho
minabile putauit tātus imperator illorū patrocinia in cas
su; iplorari: qui cū solius doctrine beneficio i altum euec
ti sint: eam qua illustrati sunt semitā: nō iterclusam sed pa
tentem esse ceteris oñdere tenent: quos nō inuida nec no
uercās fortuna equali prerogatiue merito cōdonauit.

Phalaris sicilie tirannus immanis ac teterrimus: alio
quin doctissimus: refert epl'a sua. cxxxiij. liberauimus rc.
Se Sthesicoꝝ poetā inimicissimu;: a se captum liberasse:

Sola musarum reuerentia.

Idem cum intellexisset abaridem ad eas usq3 regiones aduentasse:multaq3 a pithagora philosopho.et Sthesico ro didicisse.optareq3 phalaris doctrinam.a qua eu3 retra hebant.que de ipsius inhumanitate ferebantur.Ipse tirã nus:hominem sua epistola .audio te clarorũm uirorum . lv.humanissime inuitauit.ut ad se ueniret. cum eo ut pleri q3 alij uiri clari conmoraturus. maioremq3 in eo humani tatem uisurus q̃3 presens tunc regia fortuna pateretur .

Ecce solida et excellentia uirtutum uirtuosorumq3 pre conia.Nam is quem piarum precum inmensitas.et suplex humiliatorum cordium numerositas placare non poterat Unius peregrini ac discipularis hominis rei litterarie a uidissimi timida uerecundaq3 curiositas.etia3 nihil petẽs simplici optatiuo suspirio edulcauit. Idem phalaris epi stol a .xxix.regij fastigij postergata superbia pithagoram philosophu3 supl'r exorauit.Ut ad se ueniret qui eius uir tutẽ imenso desiderio ardebat.Subdẽs.ipm iuenturũ pha laridẽ:ut priuatũ:ñ ut tiramnũ.Ad quẽ rex ipe accessisset nisi accessus suus uel sibi piculo:uel ceteris suspitõi fuisset

Singularis.pfecto stupẽdaq3 lr̃arũ efficacia. Quẽ.n.in flexibile et adamãtinũ tumefacte tirãnidis supciliũ:ãbitio sa ampulataq3 sui ipius existimatõe supbissime extulerat . Quẽ ipietatis nefanda crudelissimaq3 barbaries oĩu3 do miantiũ seuerissimũ reddiderat.citraq3 et ultra pha℞ ab hõinãdum.detestãdũ horrẽdũq3 effecerat. Quẽ deniq3 so la ai ferocitas imanitas et truculẽtia.furẽtisq3 gladij: et a trocissimo℞ pliorũ insatiabil'r rabies ad fastigiũ tãti poten tatus euexerãt.hũc tñ sola togato℞ lr̃ato℞q3 maiestas.so la scia℞ diuinitas.imortalitas.sublimitas.bona℞q3 artiũ insãtiabil'r delectatio.hoc inq̃3 durissimũ adamãta i curren

tissimuз benignitatis mãsuetudinisq₃ liquorẽ mira ac sup abũdanti effusione facillime conuertere potuit.

Pirrhus rex epirotaꝶ potẽtissimus. In tãto ꝓtio hũit cinneã oratorẽ suũ: ut dicere soleret. Pl̃es a cinea orõe: q̃₃ a se armis. urbes eẽ partas. Uñ teste plutarcho ĩ uita pirri. Uerũ eẽ oñdit id euripidis dc̃m. oĩa cõficit orõ. q̃ hostile belluз cõficere ñ põt. Cognoscebat rex ille sapiẽtissimus. belloruз tp̃s ñ minꝰ q̃₃ pacis. doctorũ hõinũ solerti facundia. accõmodata suadẽdi rõe: decocta cõsiliorũ maturitate: sapiẽter tuteq₃ gubernari. iuuari. erigi. Nõ aũt sola armatorũ. q̃₃uis populosa caterua. Ea. n. rerum duzta γat añ oculos iacẽtium notitiã hñs. ex hisq₃ sese dimetiẽs ꝓteritorum seculoruз ueterũq₃ gestoruз is ia: et futuroꝶ expe: at sepe leuato uelo ɔtẽptrix: oĩbꝰ blãdiẽtis lubriceq́ꝫ fortune lenocinijs temere irritata: icaute erigĩ precipitiq́ꝫ ac tumultuario rudium aĩorum ĩpetu ad arma prorũpẽs ubi uictoriã manibus cõpressam h̃re se existimat: in hostilium retium tẽsos clãculum laqueos post serã penitẽtiã₃ irrepa rabili ꝓruptaq́ꝫ cõbustione circũuoluta dirrumpit eneruat atterrit. Huic quoq́ꝫ pirri hi ĩdelebili exẽplo aprime cõuenit. quod de collucio oĩi florẽtinoꝶ scriba dicere solebat Galeatius mediolanẽsiũ dux. Qui cũ belluз aduersus florẽtinos gereret. lr̃asq́ꝫ hostiũ aĩn dep̃hẽderet. Maius sibi nocumẽtũ iterre afferebat stillũ collucij: q̃₃ florẽtinorũ mile equitũ: ut pius põtifex ĩ suo dialogo attestaĩ. Hinc dicebat cato senior romano pp̃lo. teste plutarco. Nõ mõ purpure. s₃ studijs atq́ꝫ exercitatõibus: m̃ratus cõferẽdos eẽ. Ut. n. tictores euз maxime colorẽ ĩducunt. quo passim delectari mortales ĩueniũtur. Sic adolescentes ea magno studio discunt. q̃ populus honore ac laude digna iudicat.

Iustinianꝰ iperator dorotheū iuriscōsultū eminētissimum
i berithēsi gimnasio leges discipulis tradentē: ob eius op
timā opioem romā ad se uocauit: ad leges impiales cōpo
nēdas: vt lex iustiniana veteris iuris enucleationē differēs
elegāter cōmemorat. Indecēs.n.publicoq̄ bono ōriuz ra
tus ē: priceps ille iuriscōsultoꝝ āplissimū columē: asiluq̄ in
deficiēs: hoīez rarissimū cōsumatissimūq̄ ac īfatigabili in
uictoq̄ studioꝝ feruore diuturnis vigilijs attritū et īcoc
tum: summā vt aiūt īterp̄tandi arcē iā iā insidentē: et vni
us tantū gimnasij cultoꝝ eruditiōi insistētez: ad priuatam
quodāmō vtilitatē i imo iacere: ac ueluti humatā marga
ritā delitescere. Qua de re ad impialis cōsistorij gloriosis
simū culmē humili iuitatiōe hoīez hūc: sicut et plerosq̄ ali
os euocauit: veluti ad speculā quandā eminꝰ positā. Qua
vniuersuz orbē cōspiciēs: oīuz ppl'oꝝ saluti q̄si apolineum
quoddā oraculū eternaꝝ legū ac rn̄soꝝ ꝓpe diuioꝝ sāctissi
mis munimētis cōsultissime saluberrieq̄ ꝓuideret. Mul
tos pulchre ōscribit gloriosus Hieronimꝰ i ꝓlogo biblie:
qui ꝓuincias lustrarūt: nouos adierūt ppl'os: maria trāsie
runt: vt quos ex libris nouerāt: corā quoq̄ uiderēt: venis
seq̄ romā quosdā nobiles ex vltimis hispanie gallieq̄ fini
bus ad Titū Liuium lacteo eloquētie fonte manātez: et
quos ad cōtemplationē sui roma nō traxit: vnius hoīs fa
ma ꝑduxit. Idē Hieronimus: cano iā capite: qđ magr̄z
potius decebat q̄z discipulum: perexit alexandriā: audiuit
didimū pulchre de se inquiens in ep̄la: cedule q̄s misistis:
scripta ad pāmachium et occeanuz. Qđ nesciui didici: qđ
sciebā illo docēte nō ꝑdidi. Putabāt me hoīes finez fecisse
discēdi. Ueni rursus Ierosolimā bethleē: quo labore: quo
p̄cio: barbanū nocturnū hūi p̄ceptorē: timebat.n.iudeos:
et mihi alteꝝ exibebat Nicodemū. Idē Hieronymus i

epla: Nihil christiano felicius. Ad rusticũ monachũ bellis sime ait: Ad ebdomandas estuātis mentis iuueniles cogi tatiões: cuidā fratri qui ex hebreis crediderat me in disci plinā dedi: vt p⁹ quītiliani cacumina Ciceröis fluuios gra uitaté frõtonis: et lenitaté plinij alphabetũ discerē: stridē tia anhelantiaꝙ ora meditarer. Quid ibi laboris cõsump serī: quid sustinuerī difficultatis: quotiēs desperauerim: quotiēsꝙ cessauerī: et cõtētione discēdi rursus inceperī: testis ẽ cõscia: tā mea qui passus sũ q̃ꝫ eoꝝ qui mecũ duxe runt vitā. Et gr̃as ago dño: ꝙ de amaro semine lr̃aꝝ dul ces fructus capio. Tradit fama de Scipiõe africano: ꝙ cũ in liternũ secessisset: captus sacietate gl̃ie: predones quosdā euꝫ salutatum venisse: vt tantum viꝝ intuerētur: dextrāꝙ illius fide et victorijs p̃stanté cõtingerent. Ma gna ẽ.n. teste plutarco in illius vita: v̄tutis vis: ⁊ apõ oẽs gētes: cũ nõ soluꝫ bonos: ſꝫ ẽt malos ad se amãdũ aliciat

Ceteꝝ ne ep̃le modũ in libelluꝫ cõuertam: omitto pluri mos viros illustres precipue Adrianũ Marcũ antoninũ augustos lr̃aruꝫ teste helio spartiano: amatores insaciabi les. Ceterosꝙ pene innumerabiles sacerdotali et regali di gnitate p̃cellentes: qui ꝑ sciaꝝ amplitudine et gl̃ia nihil di cere aut facere omiserunt: ꝙ ad studia excitanda cõseruā da augēda ptineret. Occurrent mox tibi plurima ex dic tis gestisꝙ huius virtuosissimi regis: Quibus ad lr̃arum efusissimā dilectioné oĩs eius anim⁹ inflamat⁹ ac ardētissi mus mirãdis demõstrat̃ exēplis: adeo ut doctos omnes quos etas illa et p̃terita hēre meruerat: nõ minori carita te dilexisse oñdatur: q̃ꝫ opulētissimas regalis põpe deliti as: quib⁹ sepissime postergatis: lr̃aruꝫ studijs: lectiõibus ac sermonib⁹ delectabatur. depascebatur. et tãq̃ꝫ in sũmo

oīuʒ bonoꝝ pn̄tis vite gradu nutriebat. Ita vt non tam rex pplo꜖ q̄ʒ rex fautor ⁊ alūnus lr̄atoruʒ iure meritoqꝫ dici possit et debeat.

Preter exiguuʒ hoc munusculū maiora tibi debentur a me ceteris͡qꝫ cōmilitonibꝰ meis: qui ab excelsa repub. flo rētina ope illustris genitoris tui alicimur: fouemur: dita mur: illustramur. Perge vt cepisti. et eris: ceu passiʒ oēs ferunt: patrie ac parēti maximo ornamēto. Trita ē. n. Sa lomōis snīa. Ex studijs suis pueꝝ cognosci. Et teste Hie ronimo ad nepotianū. Glīa pr̄is ē filius sapiens. Ample ctere cito eruditiones: humanitatis dictas: quibꝰ pro eta te icumbis. Eoꝝ summā solidā͡qꝫ cognitionē dimitte Pe tro germano tuo maiori: oīuʒ verissimo testimonio: musa ruʒ alumno: vtrius͡qꝫ lingue immo et ebraice mira iaʒ eru ditione ornatissimo: totius͡qꝫ adolescentie florē tune decori laudatissimo: sic operante proprij ingenij hereditario acu mine. Et angeli politiani vr̄i p̄ceptoris excellētissima vni uersali͡qꝫ doctrina: cuius merito dicere pōt felicissimus ge nitor id qḋ Aristoteli scripsisse philippuʒ nato alexādro superius percurri. Te vero sacris iniciānduʒ veneranda sacroꝝ canonū maiestas aptis vlnis auidissime expectat. Quibꝰ si pspicax igeniuʒ tuuʒ dedicaueris: tātuʒ tibi di uine hꝰ scie. pculdubio cōparabis: quātum diuitiaꝝ et ho noruʒ maiores tui sibi ac posteris parauerīt: lr̄aru͡qꝫ iex timabili ornamēto celo fauēte amplissime ditatꝰ: lōge eis locupletior euasisse: cōmēdatissime iudicaberis: cēseberis: p̄dicaberis. Uale: memor veroꝝ amicoꝝ quotiēs p̄cipue pijssimū parētē reꝝ tibi merito gratarū cōmemoratiōi be nignas aures nō denegātē cōspicies. Ex gimnasio pisa no. Anno a natali christi. M.cccclxxxv. primo Ian̄.

Antonij panormite in Alfonsi regis dicta aut facta me moratu digna: Proemium.

x Enophon is quem greci non ab re musam atticam uocant dictorum aut factoruz Socratis cõmentarios edidit: quicquid a sapiẽtissimo viro diceretur: efficeretur ue: memoria ac celebratione dignum existimans: Cuius ego consiliũ vsqꝫ adeo laudo: ꝓboqꝫ: vt mihi semper excellẽtissimoruz hominũ vestigia atramẽto et calamo obseruari debere visuz sit: Nec quicq̃z eoruz que dicerent aut facerent frustra labi permittere. Nostris quidẽ temporibus ꝛ si non contigit virũ uidere: vt quõdã oraculo Apollinis sapientissimũ iudicatum: certe contigit Alfonsuz intueri: qui sine controuersia regũ principũqꝫ omnium quos nostra etas tulerit ꝛ sapientissimus et fortissimus haberetur: Cuius dicta aut facta tanto cariora eẽ debuẽt: et memoria digna maiore: quãto pauciores vel omnibus seculis reges inuenti sunt ingenio sapientiaqꝫ ꝑstantes. Nam philosophi quiqꝫ doctrinam aliquaz profitẽtur studijs tantũmodo suis intenti aliena omnia contẽnentes haud mirũ videri debet: si singulis etatibus docti ꝛ sapientes euadunt. Reges vero ac terrarũ principes rempub. domi militieqꝫ gerẽtes: plerũqꝫ assentatoribus circũsessos atqꝫ his qui voluptati potius ammoneant q̃z doctrine: si quando firmos et constãtes inuenias: neqꝫ a studijs bonarũ artium abborrentes non tu hos supra modum admiraberis: ꝛ in celum vsqꝫ laudibus vehes. Recte mediusfidius maiores nostri illi quidẽ uetustiores si reges aliquem inter voluptates moderatuz inter adulatores firmũ inter

vana pleraq3 principū exercitia doctrine studia haud omit tentē aiaduerterēt inter diuos protinus referre cōsueuer. Quo℞ noīa ad nostrā vsq3 memoriā et dies et mēses ꝛ si dera in deos cōscripta testātur ac celebrāt. Itaq3 nobis nec dicta nec facta lr̄is merito cōsiderāda defuerūt. Quin immo talia sese offerunt: ut neq3 de philosopho: neq3 ō re ge fere ullo vnq̄3 grauiora: aut iocundiora uel legeris: uel audiueris. Sed xenophon plane ipse nobis deest: qui sua illa suaui loquētia Alfonsi regis ꝑclara facinora monumē tis atq3 immortalitati mādaret. Ego nāq3 ut īgenue fate ar imbecillitatē meā: sat scio me nequaq̄3 tāti viri laudes ꝓ dignitate cōsequi posse. Maiores aliquāto sunt q̄3 ut me diocriter docti hoīs uires patiant̄. Sed quid: Ero ne igra tus in seculū nr̄m in hunc qui seculū gl̄ia exornat. Sane si in altero de duobus peccandū sit: ꝑstabit utiq3 indocti q̄3 ingrati nomē induere. Alios saltē ꝑclaro et immortali in genio uiros ad honestissimū hoc certamen excitabo q̄ōq3 tubicinis officiū ē: haud equidē facere erubescā. Aere ciere viros martēq3 accēdere cantu.

Alfonsi regis dicta aut facta memoratu digna.

Fortiter.

Orabant equidē suppliciter Joanne neapolitano℞ regi ne oratores Alfonsum: ut destitute missereq3 regine auxili um ferret. His refragabātur pene oēs regis cōsiliarij du rū et p quā anceps fore bellū dictitātes apud genus hoīu3 armis exercitatū industria atq3 opibus pollēs potēsq3: ꝛ ꝑsertim apud mulierē ingenio mobili et incōstanti. Tum rex: accepimus īquit herculē ēt nō rogatū laborantibus subuenire consuesse. Nos regine: nos femine: nos prope af

flicte: nos demũ tantope roganti si dijs placet opem ferre dubitabimus. Graue quidẽ bellũ suscepturos nos eẽ con fiteor: verꝫ eo p̃clarius futurũ: quo sine labore et periculo nemo adhuc gl'iam consecutus est.

Juste.

Ill ud grauiter et iuste dictuꝫ in equitẽ quẽdam prodigũ uel inprimis recẽseamus. Quibusdã ab rege magnope pe tentibus ne saltẽ in corpus lueret debita que ille plurima p luxũ libidinẽqꝫ cõtraxerat: rñdisse aiunt. Equidem hunc neqꝫ sui regis gr̃a: neqꝫ patrie cõmodo: neqꝫ propinquoꝝ aut amicorũ ere alieno suscepto tã grande patrimoniũ pro fudisse: quinimmo substantiã suam oẽm corpori indulxisse in corpus igitur luere equius eẽ.

Moderate.

Cum Lucas medicus vir disertissimus orõneꝫ apud re gem habuisset: eũqꝫ exquisitis et heroicis quibusdã laudi bus extulisset: ferunt finita orõne regẽ dixisse: Si vª sunt luca que de me predicas: deo optimo maximo gr̃as ago. Sin aliter uera: ut istec faxit ꝯoro atqꝫ obsecro.

Prudenter.

Nauigabamus ex Sicilia in triremi ipsa p̃toria cum re ge nonnulli quos sigillatim ille comites delegerat: quibus mos erat mane regem in puppi officij causa salutare: et of fendimus aliqñ eum demirantẽ Gauias aues triremẽ cir cũuolãtes; attẽtasqꝫ siq̃s bolus triremi ð̃ci deret certatiꝫ

illum arrpere queq3 arripuisset celeriter illam aufugere. Hec cōtemplatus rex: mox cōuersus ad nos ait: persimiles sunt his gauijs purpurati ꝛ curiales aliquot mei simul ac. n. aliquod officium aut beneficiū dimicantes inuicem a me acceperunt: profugiunt.

Sapienter.

Hispanos uero q̄ngentis atq3 eo amplius annis a studijs humanitatis usq3 adeo abhorrentes: vt qui litteris operam impenderent ignominia prope modu3 notarētur ad litterarū cultum summa ope et diligentia reuocauit: et rudes ac prope efferatos homines doctrina quodammodo reformauit.

Facete. grauiter.

Cum audisset vnum aliquez ex hispanie regibus solitu3 dicere non decere generosu3 et nobile3 uirū esse litteratum exclamasse fertur: vocē hanc non regis sed bouis eē.

Prudenter.

Erat Alfonsus in agro matriciensi: nec du3 satis deliberauerat: vtrū Frāciscum sforciā an Nicolaū picininū i amicitiā et societatē admissurus eēt. Et erat alterum dūtaxat propter illoꝝ inter se simultates āmissurus. Cū interi3 matritiēses legati regē adeuntes petierūt vtri ex ipsius uolūtate Nicolao ne an Francisco gratificari deberēt. Quibꝰ regem rn̄disse qui aderāt ꝑhibēt: Utrosq3 tanq̄3 amicos habendos esse. Item ab vtrisq3 tanquā ab inimicis cauendum esse.

Facete.

Arpias legebamus insulas incolere consuetas. Cũq3 in sularis quispiã id egre feret: dixisse scimus Alfonsum. Nõ est qd frõtem obducas o amice. Ex insulis enim in curiam romanã cõmigrasse arpias compertum ẽ: ibiq3 iã domici lium constituisse:

Fortiter. Cõstãter.

Bellum neapolitanum semel ingenti atq3 inuicto aĩo cũ suscepiss3: nulla postea vi: nullo piculo: nulla clade: nullis d niq3 difficultatibus auerti: aut dterreri potuit ab icepto: quinimmo a fortuna nonnunq̃3 proiectu3: et uel in hostiu3 ptãtem perductum surrexisse uidimus: multoq3 acrius q̃3 antea cõstituisse: incredibiliq3 ptinacia bellu3 oiu3 fere dif ficilimũ post secundũ demum et uigesimum annum cõfecis se: mortalesq3 ois exẽplo suo amonuisse: fortunam ferendo supari posse.

Fortiter. Studiose.

Cum adhuc grauiter ex febre rex iaceret: & aurispa seni or doctus vir ad eum uisitandi gratia accederet: subito fo res aperiri iussit: et in cubiculum penitus admitti. Ibi multa cum eo de studijs lrãru3: multa de erroribus hiero nimi heretici mirumimmodum disseruisse tradunt: q̃3uis morbo uehemẽter implicitum.

Moderate

Cu3 poculũ quo rex ipse biberat gaspari generoso & cla ro adolescẽtulo dari iuberet: et pirrhettus pincerna gaspa

ris inimicus: quãuis semel bis et tertio iussus dare renue ret: permotũ regez surrexisse aiunt pugionéq; strinxisse ac fugienté pirrhetuz assecutuz: ne iam p̃hensũ iratus feriret pugioné i media ira abiecisse.

Patienter.

Capua vo' cuz exercitu trãseunti alfõso miles quidã ira efervescés i foro ipso obuiã factus: cõprehensis equi loris regé sistere coegit: neq; prius dimisit q̃z que libuisset: in regé ét armatũ petulãter effudissz. Rex nihilo magis aio cõmot⁹ ire prexit cõuitiatoré: ne paululuz quidé cõspicatus.

Facete.

Cum intercenãduz a difficili et importuno quodaz sene usq; adeo iterpellaret: ut vix edendi ptãs eét: subclamasse dr: asinoꝝ cõditioné lõge melioré eé q̃z reguz. Illis quidé comedétibus dños parcere regibus neminé.

Pienter.

Cũ puteolos obsideret rex atq; animi laxandi cã littus quotidie peteret: r̃perijt uiri genuésis cadauer e triremi hostiũ eiectũ littori appulsum: quo uiso celeriter equo desilijt alijs quippe aderãt oĩbus desilere iussis: atq; his negotiũ dat ut terrã effodiãt: illis ut linteo nudũ corp⁹ obuoluãt. Ipe vo crucé ligneã sua manu fabricatus humati ipsius capiti affixit.

Misericorditer.

Caiettã urbé ptinaciter obsidéte Alfõso coacti sunt opi

dani ob famē q̄ maxime urgebant̄:pueros:puellas:⁊ etatē oēȝ bello inutilē ciuitate expellere. Electi igit̄ paululū ꝓgressi necessario substitere. Nā et redire a suis ferro saxisq̄ ꝓhibebant̄:⁊ igredi regia castra nōduȝ facultas erat. Erat iteriȝ cernere miserabilē illā multitudinē ad suoꝝ sil'⁊ hostium ictus expositā:parētuȝ piter et natoꝝ.cōplorationes cū regis cū suoꝝ fidē ac miam inclamātium:interea exagitari ipelli:vulnerari:cōfici. Cū rex ab his abstinere sese milites iussit:patrūq̄ cōsiliū aduocari. Cēsuerūt fer̄ oēs haud q̄ȝq̄ȝ excipiēdos eē:Si ferro aut fame iterierit suoꝝ ciuiū noxā nō regis aut regioꝝ eē. Ego quoq̄ ut errorē meuȝ igenue fatear:sniaȝ rogatus dixi lege militari recipiēdos nō esse: quippe que obsessis ac fame laborātibus ṗcipit uti bello inutiles eijciāt:ȝ ṽo qui obsidēt eiectos oīo ne admittāt:sed reijciāt potius. Cōuersi eramus oēs in regē deliberationē eiꝰ auidissime expectātes. Cū ille ⁊ ego malo iquit caieta ⁊ caietanis nūq̄ȝ potiri:q̄ȝ eos tā sede tā crudel'r uincer̄:cū viris mihi dimicatio ē:nō cum mulierculis aut pueris. O regē imortalitate dignissimum quiq̄ȝ vniuersum genus et hoīum gubernet et regat uictoriā:q̄ impia et luctuosa eēt: nullā iudicauit. Igit̄ oēȝ sexū atq̄ etatē ībellē excipi iussit. Exceptos oīs abūde refici atq̄ resocillari. De hoc ēt ꝓpe folio.iij.versi.exceptis ab rege.

Studiose.

Lectioni titiliuiane q̄ uel maxime rex demulcebat̄:cum aliqn̄ tibicines obstreperēt abigi eos q̄ȝuis musice peritissimos iussit iā ueluti multo suauiorem q̄ȝ ipsoꝝ armoniam auditurus.

Modeste. Facete.

Parantem uero regē triumphalē currū inscēdere: nō defuerunt: qui admonerēt ut triumphantiū more vultum minio illiniret. quibus rn̄disse fertur: miniū baccho soli cōuenire: qui nō soluȝ triumphi: sed uini ēt repertor extitisset.

Liberaliter. Pie.

Uirginibus ūero oībus xp̄i dei uerissimi sacris initiari capiētibus dotē: sine q̄ haud recipi mos ē: regē elargitum cōstat. Cūq; essent fere īnumerabiles que dotis spe proposita mūdo renunciarēt: sacrasq; nuptias adirent: nunq̄ȝ tn̄ a tā liberali et religioso proposito destitisse. Immo uero quo plures ac plures sese quotidie ad sacerdotiū offerent: eo libētius atq; benignius oēs excipe atq; dotare cōsuesse

Grauiter.

Amico et familiari cuidā regi suadenti ut tranquille ac uoluptuose dū posset uitā ageret: nec corpus tot tātisq; periculis obiectaret rn̄disse dr̄. Cōstitutum olim ab romanis illis quidē sapiētioribus: honoris tēplum: uirtutis tēplo cōiunctū: in qō nisi per uirtutis tēplum introire liceret nemini: ut intelligerēt mortales ad honoris fastigiū non uoluptatū via: que delitijs atq; illecebris afflūes eēt: sed uirtutis illa quidem aspera et salebrosa obnitendū esse.

Iuste.

Ueneris autē quaq; die pro tribunali sedentē Alfōsuȝ

uidimus: paupibus tantūmō ius dicentē. Cur ita: ut tante maiestatis pñtia: quā pauprimo cuiqꝫ adire facile liceret: abstineant potētiores a tenuioꝝ iniurijs et offensis: ac suū cuiqꝫ et hēre et possidere fas sit.

Iuste. Humaniter.

Cum amenissimū picētie agrū surrētinū puastaret alfonsus: frequēter ingemuisse uisus ē: crebroqꝫ p caduceatores oppidanos orasse: ne id ipsoꝝ puicatia cōmitterēt: qđ post ea eius lenitate aut misericordia corrigi nō posset.

Sapiētēr. Fortiter.

Cum senex quidā et natura et etate audacior: et ex patrū numero regē argueret: qui ꝯ patrū fere oīum sñias bellū capesceret: magnifice locutū fertur: regū cōsiliarios aut reges eē: aut regū aīos hēre oportere: plurima interdum cōsiliarijs et priuatis cōuenire: q̄ regē nō decerēt: pecuniā capere parmemoni licuisse: alexādro nō licuisse: ignobilē pfecto et obscuꝝ iacituꝝ regē qui nō suo ipsius: sꝫ alieno duceret arbitrio.

Magnifice.

Arcē regiā quā nouam neapolitani uocāt: a fundamentis Alfonsus restituit: et ita demū nouis opibus āpliauit: ut cū oī uetustate possit de magnificētia contendere.

Moderate. Grauiter.

Scimus Alfonsum regē uestitu cultuqꝫ corporis mode

rãter vsum: neq̄ hac in re multũ discrepasse a pplaribus su is: illudq̄ sepenumero usurpare cõsuetum. Cupere se mori bus et auctoritate regẽ uideri q̃3 diademate aut purpura.

Humaniter.

Proficiscebamur a uersa capuã. Cũq̄ rex eẽt itineris primus: offẽdit asinariũ gemẽtem implorantẽq̄ ƥtereũtiũ auxiliũ: ꝓpterea ꝙ asellus sibi ꝓlapsus esset in luto farina oneratus: desilire equo qui nõ longũ admodũ iteruallo se quebamur: regẽ uidimus: atq̄ vna cũ rustico illu3 a cauda regẽ a pectore asinum ceno herẽtẽ subleuasse. Oppulsi nos regẽ extersimus. Asinarius vo qui prius regẽ nõ nouerat ƥtrepidus ueniã depcari: parui quidẽ momẽti res: sed que nõnullos cãpanie pplos regi cõciliauerit.

Pie misericorditer.

Exceptis ab rege impuberibus senibus: õiq̄ sexu bel lis haud q̃3q̃3 utili quos caietani obsessi ob penuriã anno ne ciuitate expulissent: quidã regi dixit: Si tu hos non ad misisses: caietani paucis post diebus sese dedissent. Et ego rex rñdit: pluris facio hoꝝ uitas q̃3 caietas cẽtu3: Facinꝰ ꝓfecto regiũ et memorabile: ac dijs immortalibus ĩprimis gratum acceptũq3. Q uã.n. urbẽ ꝑ id tp̃s quingentoꝝ fer me miliũ conatu cape nequisset: postea dissoluta ac desita diutina obsidione: siue vi siue armis deoꝝ tãtu3 benignita te ac gratitudine inditionẽ redegit.

Facete.

Tripponius iuriscõsultus cum trecẽtos aureos alfõse os q̃ superat dotis furto surreptos pdidisset: ac ꝓpterea animi angeret: et eẽt uiua adhuc vxor: illa quidẽ admoduȝ deformis dixisse ꝑhibent regem. Longe illi melius si vxo rem quam pecuniã fures abstulissent.

Iuste fortiter.

Cum eẽt iam ꝯ uenetos ac florẽtinos prope potentissi mos italie populos ab Alfonso haud quidem iniuria bel luȝ susceptũ: ac propterea e neapoli aduersus eos magna cum animi fiducia cõtendisset: florẽtini pimum mox uene ti oratores in agro peligno facti sunt obuiã: pacẽ ab arma to perhumiliter postulãtes: quibus regem prompto ac le to animo dedisse cõstat. Neq̧ aliud ullum pacis date preci uȝ estimasse q̃ȝ hostes genibus aduolutos a se pacẽ petisse et se pacẽ dedisse.

Grauiter.

Cum regioꝝ pleriq̧ glorie studio flagrãtes permoleste ferrent ꝙ rex venetis ac florẽtinis pacem dedisset: uelut in eo bello magnificum et gloriosum aliquod facinus editu ri: a quo frustra postea essent habiti pace comparata. Rex id quod erat suspicatus aliq̃n eos nactus dixisse perhibẽt. Bono aio estote cõmilitones: nã et uirtuti uestre mihi cre dite neqȝ locus neqȝ honos deerit: et mihi per q̃ȝ speciosũ fuit: petentibus pacẽ dare. Ita quidẽ arma capere cõsueui mus: ut sine crurore: si id modo fieri potest: victoriam adi q̃iscamur. Et quid aliud pacẽ tã summisse petẽtes cõfitẽtur: pȝ sese uictos eẽ.

Affirmare solitum regẽ accepimus: Si nullũ oĩo aliud regnum nullã provinciã pter calabriã: aut hẽret aut habiturus eẽt: illã protinus sese relictuꝝ priuatũqꝫ: et civẽ ueni re potius uelle q̃ȝ illoꝝ bipedum ineptias tollerare: q̃nuis dñm aut regẽ.

Sapienter.

Super lectione annei senece quẽ pcipue rex coluit atqꝫ pdidicit. Quesitum ẽ ab alfonso dauolo purpuratorũ humanissimo. Cur animus mortaliũ ita immẽsus atqꝫ insatiabilis foret. Cui ab Alfonso his pene uerbis satis ẽ factuȝ. Animum hois a deo pfectuȝ nõ prius conquiescere q̃ȝ eo rediret vñ pfect⁹ eẽt. Esse proculdubio aiuȝ nr̃ȝ dei ⁊ eternitatis capacẽ: pp̃terea neqꝫ impleri neqꝫ satiari posse his rebus quẽ fluxe fucate et incerte eẽnt. Sȝ deuȝ ipm̃ ueluti naturalẽ sedẽ et suuȝ quodãmõ finẽ: summũqꝫ bonoꝝ oiuȝ gradum appetere: hoc ẽ solidum et pfectum bonuȝ.

Facete.

Cum legerẽm⁹ aliqñ didonis uirgiliane mortẽ: et inter legẽduȝ terra uehemẽter mouisset: atqꝫ ob id qui aderant oẽs improuisa et repẽtina re pculsos rex intuereẽ. Nouuȝ ne inquit uobis vr̃: si i morte tã celebris regine terra ĩtremescat.

Grauiter.

Peroptare regẽ audiuim⁹ vti pplariuȝ suoꝝ vnusquisqꝫ rex extitisset. Quo demũ illi utpote expti recognoscerent principũ occupationes et curas: hoc vno forsitã mõ fieri posse: ut desinerẽt molesti et importuni eẽ.

Moderate. clemēter.

Confecto iaȝ graui atq; diutino bello: ⁊ triumpho regi decreto et parato iā: negasse aiunt regulos ⁊ nationes q̄s vicisset currū p̄ire debere captiuoꝝ modo: quinimmo tāq̄ȝ sotios per quā honorifice sequi iussisse. Sed et gloriari so litum accepimus: qui non milibus hostiū cesis: sed rectius seruatis: triumphandi legē imperatoribꝰ primus dedisset.

Magnifice Religiose.

Ludos aūt christianos magnificētissimo apparatu de notissima ac solēni repn̄tatione ingēti hoīum frequētia ac celebritate quotannis edentē Alfōsuȝ pspectauimꝰ: immo uero cum accepisset etruscos istius modi ludos singulari i dustria cōmentos eē: ne hac saltē in re q̄ ad diuinū cultum pertineret a quo q̄ȝ mortaliuȝ uinceret̄: oīa pscrutatū atq; exploratū eo misisse: explorata longe p̄clarius atqȝ subtili us exp̄sisse.

Fidenter.

Admonuit mō tuscia ut animosi regis fiduciā q̄ morta les oīs an̄cesserit expromamus. Cosma florētinus Alfon so male pacatus: vir alioquin magnus ⁊ illustris: cū dono ei initteret. T. Liuij libros utiqȝ p̄claros: reclamatum ē a medicis qui aderāt: ne p immortales deos libruȝ attrecta ret ab hoste missūȝ ueneni suspectū. Rex prima sp̄e uisus ē medicis assentire: illis quidē aio illudēs. Nā cū liuius ī me dio cōstitutus eēt: illū manibꝰ accepit legit euoluit: subin de medicos qui cōtinue aduersarētur rogitās: ut desinerēt ineptire. Regū quidem aīas non priuatoꝝ libidini subiec

tas esse: sed sub iouis cura et tutela securas letasq; agere inquiens.

Pacienter Moderate.

Nõnullos de se bñ meritos: sed ipsum probris clã; soli tos lacerare. Rex cũ audisset: regiu; esse inquit non solu; bene facere sed male etiã patienter audire: igratos ꝓfecto nequaq; effecturos quominus ipse et humanus et benefi cus prestaret.

Sapienter.

Erat inter purpuratos aliquando orta questio: cur hi pocrite natura superbi essent: publicani uero mãsueti: et cũ alii aliud ut fit regem demum ita diffinientez audiuimus. Publicanorum uitia ut plurimu; manifesta esse: puta luxu riam: gulam: illiberalitatem et cetera eiusdem modi: q̃ quo niam oculis hoĩum subiecta forent: soluerentur in uerecun diam et humilitatẽ. Hipocritarum uero uitia inocculto la tere: ut puta odium: inuidiam: maliuolentiam: iniquitatez. Que cum in archano tolerari diutius non possint: erum pant in superbiam: necesse est iram: arrogantiã: insolẽtia;.

Magnifice. Studiose.

Scolas et auditoria in quibus maxime theologia pu blice legeretur: magnifice adornari curauit: nec adornari solum sed interfuit ipse lectioni: non palio et crepidulis in ambulãs in gimnasio ut Scipio ille: s; attentissimo animo et toto ut aiunt pectore incumbens: quodq; et doctis mi randum: et ignauis rudibusq; erubescendum est duodecim

passuum e mensis ad hanc ipsam lectionem uentitasse, pcul dubio est.

Grauiter.

Cum calatiam obsideret Alfonsus omnium primũ tormenta enea inusitate magnitudinis per asperum et accliuez montem preter omnium opinionem muris ammouit. Deinde me et americum sanseuerinum capatij comitem uiruz illustrem legatos destinans oppidanis renunciare iussit: nisi propere ac prius etiam q̃z tormẽta laxari inciperent: deditionem fecissent: nullum postea eis relinqui penitentie locum. Accessimus: persuasimus: cuiqz et grati aliquid afferre putaremus ꝙ calatienses imperata fecissent: nostruz fuit potius que rex ipse in presens diceret et audire et annotare. Erat in corona, ducum atqz procerum nicolai picinini uiri magni uirtutes: partim uidelicet animi magnitudinem: partim rei militaris peritiam: partim auctoritatem: partim res preclarissime gestas enarrãtiũ: in quibus quispiã exortus est picinino mastix: qui proinde ꝙ genere obscurus foret: utpote lanionis filius ea ipsa que propalam dicerentur: eleuare adnitteretur. Tum rex nebulonis illius impudentiam intoleranter ferens. Ego mediusfidius malo inquit Nicolaus esse macellarij filius q̃z quoruis regum qui europam hodie incolant et filius et heres. Glorie enim genus haud quaq̃z officere: quin potius precipuã esse laudem existimo: ut possit se quisqz: ut poeta diceret: Tollere humo uictorqz virum volitare per ora.

Facete, grauiter.

Senex quidã male sobrius regi obuiã factus: cum dixis

set:lac senis vinū esse. Paruo igitur inquit tuum tibi con stat alimentum: paruo ut uideo bachi letitia: vero hec se ni. Ad comites autē conuersus: regum inquit cibus est glo ria: quam nobis non pecunia sed sudoribus dij uendere cō sueuerunt.

Grauiter. studiose.

In calatie obsidione cum adhuc essemus: et eēt de viria cho luscitano inter regem et me nō iniocūda dissensio: quia ego inter viriachi laudes maxime proferebam: qui cibum ue stitumque quibus pastor aut uenator uti consuerat: nunquam postea desisset: licet imperator aut uictor ille qui per conti nuos. xiiij. annos cōsules exercitusque romanos attriuisset: Superuenit huic sermōi ximeinus durrea purpuratorum princeps prefectus castrorū. Cūque et locum qui inter regem et me medius erat equo inuectus capere instaret: rex vul tu renitēs prohibuit: asserens locum illum cum de litteris aut cognitione antiquitatis ageretur nō purpuratorum sed togatorum eē. Cessit ergo ximenius. Rex uero ad luscita num suum reuersus ad ultimū recte inquit: nōnulli uirum hunc hispanorum romulum appellarūt: recte itē romani eos qui talem uirum quāuis hostē interemissent indignos pre mio iudicarunt.

Attente iuste.

Egrotabat rex capite et multi multa pro suo quisque inge nio ac studio oblectamenta ac munera egro regi cum exco gitarent. Ego quoque e Caieta arcessitus statim aduolaui deferens et ipse mecum fomenta et medelas meas: hoc ē libellos intelligebā illi quā maxime placituros: in quibus et curtium bonis: ut aiunt: auspicijs legendum exhibui. Il

le res gestas alexandri a disertissimo uiro perscriptas: ea hilaritate: ea auiditate: ea deniq3 felicitate cepit audire: ut q̄ medici obstupescerēt: eodem ipso die quo legere cepera mus: egra omni ualitudine leuatus: ac pene cōfirmat⁹ eua serit. Itaq3 post habitis ceteris oibus recreamentis quot diebus ternas facere lectiōes perreximus: breuiq3 librū3 absoluimus: exq3 eo die frequēter in medicos iocatus: aui cenā uelut parabolanum paruifacere curtium laudibus cu mulare.

Studiose. Facete.

Cum inclitam illā arcē neapolitanam instaurare institu isset uitruuij librum qui de architectura inscribitur: afferri ad se iussit: allatus ē quando quidē3 in promptu erat uitri uius meus ille quidē sine ornatu aliquo: sine assidib⁹. Quē rex simul atq3 inspexit non decere inquit hunc potissimū3 librum: qui nos: quomodo cōtegamur: tā belle doceat: de tectum incedere: etiq3 mihi per quā polite ac subito coope riri mandauit.

Grauiter.

Scipionem irridere solitum regē accepimus: qui salta tione animum relaxaret: saltatorē ab insano nihil differre inquientē: nisi q̄ hic dum saltat: ille dum uiuit insanus est. Qua ex causa gallos potissimum leues eē: qui quo magis etate prouecti eēnt: eo magis saltatu: hoc ē insania sese ob lectarent.

Attente.

Iannotius manettus florētinoꝝ legatus ad regem pro lixam nec minus elegantem orationem dum pronuntiaret

attentionem patiētiamq; regis ualidissime miratus ē: qui nec oculos a se diutissime dicēte minimum deflexisset: nec manus mouisset. Sed et illud in primis memoria dignum iudicauit: q cum a principio statim oratiōis naso regis musca supersedisset: nō priusq̄ peroratū eēt: rex illā abegisset. Ego quoq; meis hisce annotamētis huiuscemodi factum: propterea inserēdum existimaui: qui homer legerā inter p̄lia deoꝝ improbitatē musce describere.

Studiose. Facete.

Allatum ē a caietanis quibusdam male litteratis Marci. T. sepulchrum extare adhuc iuxta formas in via romana uetustis litteris inscriptum. Q̄d rex ut primū accepit: letitia pene proditus ire nihil cunctatus est: et sentibus rubisq; primo tumulū purgās: mox legere inceptās: nō. M. T. sed. M. vitruuij epigrāma esse comperit. Irritoq; labore rediēs: ac vultu risu soluēs: caietanos īquit ex minerua oleam quidē accepisse: sed sapientiā omisisse.

Obseruanter.

In oppugnatione caiete cū aliquādo defecissent ad tormēta enea portētose illius amplitudinis saxa: nec aliunde hēri facilius possent q̄ ex uilla: que ab incolis inueterata opiōne adhuc asseritur ciceronis fuisse: ut alio quoq; dis quirerēt istiusmodi saxa rex iussit: sibi ciceronis uillam si sa perēt inuiolatā seruarent. Amplius velle se dixit tormenta et machinas ualere sinere nulliq; usui eē q̄ iniuria afficere: uel saxa illius uiri qui tot tātosq; homines ab iniuria ac capitis periculo uindicasset patrocinio suo.

Legebam⁹ fortassis annei senece epistolas: atq; aderat francus saccectus floretinorum legatus vir eloquẽtissim⁹: et lodouicus cardona celebratissimi nominis theologus: multiq; preterea docti et clari uiri. Querebatur super pre cepto hecatonis tãtopere a Seneca laudato. Si vis ama ri ama. Nunquid in aliquo sub exceptione falleret: essetq; videlicet ubi quis amaret: nec mutuo tamen amaretur. Hic cum multi multa fermeq; omnes et hecatonis et se nece dictum probarent suspicerentq;. Ego rex inquit: pace omnium dixerim: aliter sentio. Est mea quidem sententia ubi quis amet: nec uicissim redametur. Eoquis aut certius aut flagrantius diligit: q̃3 qui homines fecit: atq; hominũ causa omnia fecit. Cũq; ita esse nemo vnus ambigat: quis tamen est qui mutua charitate deu3 complectatur. Immo uero quod mirabilius aut potius detestabilius est: cui aut hunc aut illum hominem amantibus nobis interdum i of ficio non respondeatur. Deum uero amantibus certissima sit illius charitas: nec charitas solum sed amoris merces perpetua lux et sempiterna tranquilitas: nihilominus ob durati persistimus: nec amantem redamamus. Quod ego arbitror nobis euenire: ob nullam aut certe per exiguam in deum fidem. Dum enim bonis hisce presentarijs atq; uoluptatibus et delinimur et occecamur celestia: que non uidentur: neq; tanguntur: non modo non curamus: s3 nec omnino futura confidimus: ut siquis ad modu3 sitiens au diat aquam limpidam et puram procul esse: sed uicinã atq; propinquam potius bibat: licet turbidam et lutulentam. Preclare igitur quicunq; dixerit donum dei fidẽ esse.

Grate.

Neapolitani ciues ob uirtuté ac clemētiam Alfonsi cuꝫ decreuissent: vno cōsensu: omnes arcum illi triumphalé ad memoriam magnifice struere: legerunt locū supra gradus marmoreos maioris ecclesie. Id uero quoniā quidé fieri nō poterat: nisi magna ex pte dirueretur. Nicolai mariebuzu ti magnanimi et generosi militis domus rex fieri omnino prohibuit: haud tanti facere se inquiés huiuscemodi saxorū struem: uētis: imbribus: fulminibusqꝫ ob noxiā: ut amici ueteris et familiaris domū: cuius opa in bellis: ac pace: atqꝫ omni fortuna fortiter atqꝫ fideliter usus fuerat: euerti pateretur.

Sapienter.

Quesijt fortasse aliquis ubi rex aderat: cūr qui uere saperet: taciturnior eēt: qui minus loquacior. Et cum alios aliud: regé tandé his pene uerbis rñdentem audiuimus. Qui uere sapit: habet hic quidé intus vnde gaudeat. Alitur quippe eius animus sapiētia: qua maxime alimonia cō tentus requiescit. Ex diuerso qui minime sapit eius ipsius animus: cum intus nō habeat quicqꝫ vnde impleatur aut gaudeat necessuꝫ é foris querat: vnde vana saltē iactantia sapere uideatur. Itaqꝫ ille ad conscientiā omnia refert hic ad ostētationem. Hec non inscite rex cū dixisset tibuli poete tersissimi uersus in mediū prolati sunt regis: ni fallor: sē tentiam confirmantes: pcul absit gloria vulgi. Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. Rex uersus exosculatus illos edidicit.

Religiose. Pie. Facete.

Quodā die cū corpus dñi summi et singularis dei Iesu

pedibus sequeretur. Sic eniz regi mos fuit: sacratissimam eucharistiā reuerentissime quocunqꝫ accederet pedibus co mitari: tādem deductus est in uetule cuiusdaz pauperrime domū: sanguinis profluuio pene exanimate: cūqꝫ egritudi nis causam cognouisset: cōtinuo gemmā inestimabilē mor bo illi mirifice accommodatā afferri iussit: anusqꝫ illius di gito aptari: simul et corpus regū regis in templum: vnde profectum erat: summa ueneratione reduxit. Paucis uero post diebus anus illa cum reualuisset: egit quidē pro recu perata salute regi gratias quales potuit: sed gemmā quaz maiestatem dicerent: eius sibi pene mortue commisisse dice bat se ne uisam quidē perdidisse. Stomachari qui aderant cepere aniculā execrationibus et maledictis pro palam in cessentes. Rex uero subridēs. Abi inquit mea mater ꝛ cu ra tu ualitudinē tuā qm̄ stulti quidē isti ut uides sanitatez parti suā curant.

Grauiter.

Cum siracusanum equitem inhumanis moribus hoīem rex barbarū appellasset: atqꝫ ille qui preclara patria greca origine esset: nomen barbari exhorrens: iniquo aīo ferre ī iuriā uideret. Ego rex iquit: n̄ a patria soleo: sꝫ a moribus barbaros definire.

Facete.

Admisit in colloquio ac patienter audiuit ipsos etiaz se cordi atqꝫ obtuso ingenio homines. Audiens uero illos subinde oculos ad eos coijcere solitus erat: quos ꝓbe no rat: ingenia ac sensa hominum percallere enniauum illud le ui voce submurmurās: vulturis istius mise ꝑ mādabat ho monē: belissime. n. nō hoīes sꝫ homones ennīū appelasse

eos dicebat: quos vidisset ex hoie nihil pter effigie possidere

Grauiter.

Principes qui iustitia no colerent: his p siles sibi uideri dicebat: qui morbo caderent comitiali. Na cuz aie materia sit sola iustitia: q tenetur ad uita: teste lactantio: Quid re stat principib' sublata iustitia: hoc est sublata uite nutrica tione et cibo: nisi caducarios uideri.

Facete.

Jacobo alamanno hoi xpiano: sz iudeis orto parentib'. Cu is diui Joanis aureu simulachruz uenale regi exhibuisset: ac p eo quingetoz aureoz pcium postularet: ita rndit: No tu sane ineptus es: et maioz tuoz loge dissilis: discipu li z pauli imagine tati estimas. Cu illi Joanis ipius magrz ac dnz et rege iudeoz. xxx. non amplius uenum denarijs dederint.

Patienter.

Joannes fortis cognomie miles ueteran' egerrime fe rens: q opidu sue fidei comissuz sibi rex auferret: ut alteri daret: ab eo discedes: italia: gallia: germania: hispania: per agrauit. oibus in uia regib': principib' ac pplis. Alfonsi ingratitudine: et cosicta animi uitia dissemin is atq diuul gas. Sz cu nemo oiuz eius maledicentia: quauis Alfonsi hostis grata ter audiret: neq pane mo et nasturtium offer ret ad uictu. inopia coact' ad alfosuz retro repetes floren tie restitit: regis aiuz que pbris immutatu: sibiq infensum crediderat exploras. id regi ubi primu notuit Joani renu tiari: iussit tuto ad se redire licere. Se qde potius bnfacto ru eius q3 vanedictoz memore ee: veniente quoq uiatico et pecunia iuuit. Sic moderatioe ac liberalitate usus est.

Cũ erga alios multos: tñ proxime apud quēdã equitem hispanū. Is. n. cū apud reges occidētales fere oēs Alfōsi nomē et uitā nulli maledicto parcēs passi3 ppalã ꝙ p̄cidis set: tādē rediēs ab Alfōso phumanit̃ ac benigne except⁹ ē

Grauiter.

Audiui sepenumero regē dicētē3 tantū ualere ad fidem debere principū simplex uerbū: quantū priuatoꝝ hominū iusiurandū.

Jocose.

Ciccū vinariū iter vtres et dolia vini greci p uindemiã mortuū inuentū: regi cū renūtiarēt: sepelire eū iussit: et hu iusmōi distichō sepulture iscribi. Hic situs ē Ciccus quē te stas iter et vtres. Mactasti greco palmite bacche furens.

Grauiter.

Regna que plurima quidē hēret et possideret male se p dere ēt p̄ sancte affirmabat: q3 t̃ras q̄s pmodicas scire di cebat: nescire.

Magnifice.

Vectigal qđ ex meretrico atq3 alea mltis añ seculis pē sitabat: sustulit ipi neapolitano ciui: cui id lucrū a supiorib⁹ regib⁹ cōcessū erat: priusq̄3 uectigal oboleret satisfaciens. Port⁹ pulcherrima molē pluribus locis euersa restituit: Aq̄duct⁹ subt̃raneos expurgauit ac refecit: ueteres fōtes īstaurauit: nouos nōnullos extruxit: aq̄s publicas diu ia3 magna ex pte dispsas i aqueductū alueū reduxit. Uias ur bis ppe oēs uetustate ꝛ freq̄ēti uehiculoꝝ transitu ƀritas atq3 cōuulsas nigra silice cōstrauit: plaustris penit⁹ uehicu lisq3 vrbe sūmotis. Et nūc diis būiuuantib⁹ parat ad aeris serenitatē salubritatēq3 paludes siccare: ꝛ lac⁹ emittere.

Finit liber primus. Liber secundus. Proemium.

v Vereor ne quis me putet in his libellis plerasque locutum in gratiam Alfonsi benefactoris ac proinde vanitatis arguêdum esse. Quod vitium a gravi viro presertim scribête longissime abesse debeat. Verum ille quisquis est: si modo ê aliquis: neque mores meos: neque Alfonsi naturam satis nosse facile coarguetur. Cum itelliget mihi quidê haud opus fuisse: assentatione ad gratiam ineundâ: quam videlicet assecutus essem etiam singularem. xx. annorû perpetua lectione: constantissima fide: infatigabili obsequio: summa observantia: puro consilio: veritate incorrupta. Quibus profecto artibus a summo atque humanissimo rege potissimum dilectus ac probatus sim: nô vanitate aut blanditia aliqua: Qua in re testis mihi fuerit côscientia eius: quod nihil magis exhorruit quam mendaces: nihil magis aversata sit quam adulatores: quos etiam pestem principum appellare consueverit: et variis interdum penis affligere. Tantum itaque abest: ut ego eiusmodi levitate me subinsinuem: ut nihil magis condoleam quam per multa illum dixisse aut fecisse que nesciam: haud quamquam me ea suavitate scripturum esse confidam: qua illum constat apud omnes locutum fuisse. Fuit enim sermone admodum iocundus: brevis: elegans: venustus: et clarus. Ego vero ut queque in mentem veniunt: que quam sint pauca e multis sat scio. ea tantum dicta aut facta litteris mando animo: loci non temporis ordine servato: neque enim historiam scribo: sed ea dumtaxat excerpo: eaque perstringo que ad exempla virtutis ac probitatis accommodari posse videantur: quo illis maxime in promptu sint. qui de Alfonso quotidie aut loquntur: aut orant: aut scribunt: aut denique qui imitari eum studebunt: fortassis in

posterum. Sed de hoc hactenus: nunc ad Alfonsi dicta aut facta redeamus.

Magnanime.

Cum esset Valentie Alfonsus appulerunt eo loci Caroli regis francie legati magnopere eum orantes: ne per id tempus quo rex eorum bello britannico implicitus esset contra se bellum aliquod suscitaret: Quaz maxime enim verebatur Carolus: ne Alfonsus captato tempore z occasione euz armis lacesseret. Propterea quod ius ac titulum pretenderet in eaz partem gallie narbonensis: quaz incole linguam hoccitanaz vocant. Quibus Alfonsus ita respondit: Et si certo scio plurimas narbonensis gallie civitates ad Aragonie regnuz pertinere: quas Carolus rex iampridez occupatas detineat: nihilominus hoc tempore quo illuz intelligo bello superatuz: et a britannis protrituz esse: nequaq̃z me arma contra profligatuz regem moturuz esse vobis affirmo: eo quoqz animo esse: vt quod maiores mei in Caroli prosperitate non petierunt: ego i eius nõ repetã calamitate. Quid regi indecentius q̃z victũ provocare. Rursum quid inhumanius q̃z naufragum submergere. Hac curitate legatos remisit: demiratos Alfonsi virtutem et magnanimitatem.

Liberaliter.

Cuz adhuc valentie agerer helionoraz sororez quaz vnice diligebat. Duardo Joannis portugalie regis filio natu maiori magnificentissimo apparatu tradidit. Ex quibus postea procreata helionora filia dum hec scriberemus Fe

derico tertio romanorũ regi ꝙ fauste et feliciter eueniat: eiusdem regis et auunculi opera desponsata ẽ.

Continenter.

Capta ab rege Massilia cum sibi renuntiaretur matronas fere omnes et puellas ciuitatis preciosissimis rebus omnifariam onustas in templum augustini perfugisse. eas diligentissi ne obseruari curauit. Cumq; et ille vim et contumeliam pertimescentes regi per internuntiuz supplicarẽt: ut tradita omni earum gaza ipsas tantummodo intactas abire permitteret: non solum intactas: sed ne uisas quidez cũq; earum omni suppellectile quantauis preciosissima ad vnam omnis abire permisit.

Moderate.. Fortiter. Religiose.

Illud quoq; in obsidione massilie admirabile extitit: q̃ ex insula pomatia que ad tria ferme milia passuum contra massiliam sita est: saxa tormentaria mille quingentorũ põdo ad urbem uel ultra etiam urbem iecerit: cathenam portus amplissimam; hoste inuito: ac renitente perfregerit. Sed et illud longe admirabilius quod opulentissima urbe vi potitus: nihil inde preter diui Aloisi corpus deportauerit: indignum sane diiudicans taz uenerabiles reliquias in urbe uicta: direpta: et incensa remanere debere. Illud quoq; non omittendum: ꝙ cum inde in hispaniam enauigans: asperrima maris tempestate iactaret: et naute et sacerdotes et commilitones vna omnes inclamarent: Aloisi corpus ueluti periclitationis causam remittendum esse: illum in proposito persitisse. Et aut sibi vna cum Aloi

sio perdendum esse: aut in longe angustiorem diisq3 acce ptiorem ciuitatem sanctissimi corporis reliquias condi turum asseuerasse: uicit pertinacia: peruenitq3 ualentiam vlterioris hispanie inclitam ciuitatem: ubi sanctissimũ aloi si corpus clarissime uictorie solam mercedem: sed eternum sue glorie monumentum summa cum ueneratione ac gra tulatione ciuium collocauit.

Fortiter.

Gerborum insulam quam putamus lothophagitem an tiquitus dictam ingenti admodum classe rex obsederat: & ne ulla incolis auxilij spes aliqua esset: pontem qui continē tem coniungebat desecuit: turribusq3 muniuit. Quo facto relinquebatur Alfonso nihil: nisi ut leui momento insulam populatus rediret uictor et uoti compos. Cum interim a boiferio tunicensium rege littere in hanc fere sententiã3 de feruntur: Rex regi salutem. Scimus o Alfonse te maiore animo esse q̃3 ut gerborum populatione contentus dece das. Iccirco decreuimus ad te confestim accedere: et facie quod aiunt ad faciem intueri. Credimus te interea minime recessurum: quoniam fugere longe a magnanimo rege alie num est. vale. Alfonsus his litteris acceptis: oblata occa sione maioris glorie decreuit contempta insula barbarum expectare. At ille tempori aduenit: et quidem cum centum ferme armatorum exercitu: castraq3 ad iactum teli contra pontem et turrim quantum nostri milites tenebant: loca uit tormētis telis clamoribꝰ nr̃os continue lacessens. Cō stituerat alfōsus postero die collatis signis ꝺcernere. cetez ardor militũ ut plerũq3 fit contineri diutius neq̃t. Pōte

transmisso in cōtinentem erūperūt: fuderunt: ac ꝓfligarūt barbaros: nec procul fuit quin regem ipsum etiaꝫ caperet: qui a propinquis et necessarijs quibusdam suis in equuꝫ al leuatus inter nostrorum militū manus prope modum ap prehensus effugit. Qui uero regē tutati fuerunt: quoniaꝫ fuge locus non fuit: ad vnum omnes trucidati sunt ante re gis pedes: pretorium captū direptūqꝫ: tormenta enea et ferrea omnia cōfracta. signa militaria pleraqꝫ ablata. iesti mabilis atqꝫ omnis generis preda ex uictoria relata.

Diligenter.

Cum ex uictoria illa inclita tunicensiuꝫ aut mauis peno rum regis in siciliam se recepisset: non quidem milites sinit ocio torpescere: sed statim re frumentaria et aquaria repa rata. traiecit in urbem quam peni africam uocant: ubi per specto et vrbis et portus situ. abductis demū aliquot ho stium nauibus que in portu erant: siciliam primo inde eua riam petijt: quā insulam incole hisclam appellāt. Ceteruꝫ in hac africana expeditione illud relatu dignum mihi uisuꝫ ē: ꝙ opidani rege q̄ꝫprimū cognito inauditam gratulationē intra vrbem ediderunt tubis: tibijsqꝫ ac uocibus affectuꝫ animi significātes. Putarūt nostri ciuitateꝫ sese deditura: at illis mos est transeuntem regem quāuis hostem applau su et huiuscemodi ueneratione uenerari.

Abstinenter.

Uini aut oio expers uixit: aut eo q̄ꝫ dilutissimo ūsus ē: eaqꝫ abstinētia emanauit: ut pleraqꝫ regū exēpla ad curia les ac regios prope omnes potissime cū eos sepe admonēs

afferret alexandri macedonis glorie plurimū obfuisse uini intemperantiam cū illud frequēter usurparet sapiētiam ui no obumbrari. Neq; illud minus ebrietatis filios esse fu rorem et libidinem.

Fortiter.

Prestito iaz auxilio Joanne regine eiectisq; eius aduer sarijs e regno: et tandē illa in pristinam et dignitatē et trā quilitatē regis opera atq; potētia restituta allatum ē hen ricū fratrem ab Joanne vlterioris hispanie rege dn̄atu bo nisq; omnibus spoliatum in uincula cōiectuz eē: rex tali nū tio permotus siquidē henricū ꝓpter eius animi egregia or namenta magis etiā q̄z fratrem diligebat posthabitis nea politani regni delitijs: quas sibi multo et sudore ꝛ cruore cōparasse uidebatur ad liberationem fratris maturauit: li berauit: in pristinā fortunam restituit.

Sapienter.

Cum eēt rex apud enariam insulā: in quaz vna cō uicto ria africana morbū intulerat: et inaudito genere pestis la boraret exercitus: renuntiatur ei inter ceteros Antoniuz picentē ordinis heremitarū nobilitatum post mortē hipo critam per summos cruciatus animā exalasse: iactādo plu rima in xp̄m dn̄m et uirginem eius matrem conuitia atq; blassfemias: Hic est ille Antonius qui. xl. dies ac noctes p petuo ieiunare ferebatur: qui italiam: siciliam: atq; hispani am compleuerat nomine sanctitatis: et abstinentie sue peri culum fecerat abstinētie pluribus locis cella preclusus: et a custodibus obseruatus: nihil edens: nihil libās: quoniā im preuisa ac pretentata cella nihil qđ uel olfacere liceret ineē

uideretur. Ceterum angelos ei quotidie ministrari ac con fabulari solitos opinabatur. Ueruz ipsi intus in cella erat candele crassiores extrorsus quidez et superfusorie cerate: sed in quibus fistule cannarum concludebantur farina con ferte: que ex contritis phasianorum ac caponum carnibus zucharo et aromatibus immixtis condiebantur. Aiunt et cingulum gestasse fistulatum plenum nectare: quod hippo craticum uocant: his epulis claculum uescebatur. Uir habi tus ubiqꝫ sanctus et mortalium omnium qui vnq̄z fuerint aut essent vulgi opinione abstinentissimus. Is igitur cum renuntiaretur regi uermiculis et acerbissimo genere mor tis absumptus: dixisse fertur. Propterea deum in hipocri tas tantopere seuire: qui dum homines decipiunt: interpo nant deuz ipsuz tanq̄z sceleris mediatorē. Ideoqꝫ ut plurimū uiuentes adhuc plecti in oculis hominum quos dei nomine fefellissent: ut intelligant mortales a tali mōstro maxime ab cauendum esse: qꝫ deum ipsuz ne dum post mortē sed eterni uita ipsa herent indubitatū ultorem.

Prudenter. Juste.

Accessit quispiam ad regem: et in laudem et commēda tionē inimici cuiusdam sui capitalis uerba coram faciens admirationi erat ijs maxime qui simultatem illorum pro be cognorant: sed prudentissimo regi insueta bonitas su spitioni fuit. Dixitqꝫ seorsuz ad amicos et familiares hec benedicentia mihi credite erumpet tandem in calamitatez inimici: nisi aduerterimus. Nec eum fefellit opinio: sed con tinuos menses benedicēdo ille protraxit: ut e benedictis fi dem adeptus opportunius inimicū opprimeret: at eius ma litia que sub specie bonitatis in caput alterius serpendo

crassabatur regis prouidẽtia detecta est: et insons ille ser uatus a calumnia.

Prudenter.

Cum audisset nõnullos europe reges ad basiliense conci lium destinasse: misisseq́ oratores proceres potentis ꝛ ꝓ genie illustres: magna cum et equorum et comitãtiuȝ pom pa: delegit ipse e suis quos ad concilium mitteret: non qui dem qui sanguine: sed qui ingenio et sapientia precellerẽt. Hi fuere lodouicus pontanus iuriscõsultorum sui tempo ris facile princeps: et nicolaus siculus archiepiscopus pan hormitanus: et hic in iure põtificio etati sue nemini secun dus. Namq́ haud decere inquiebat: ubi de iure humano ac diuino disceptandũ esset: nobilitatẽ potentiam ue iacta re: sed doctrinam potius atq́ iustitiam.

Obseruanter.

Numismata illustrium imperatorum. C. cesaris ante ali os per vniuersam italiam summo studio conquisita i ebur nea arcula ab rege: pene dixerim: religiosissime asseruaban tur. Quibus quoniam alia eorum simulachra iam uetusta te colapsa non extarẽt: mirũimmodum sese delectari ꝛ quo dammodo inflammari ad uirtutem ac gl'iam inquiebat.

Studiose. Modeste.

Cesaris commentarios in omni expeditione secum attu lit: nullum omnino intermittẽs diem: quin illos acuratissi me lectitaret: laudaretq́ et dicendi elegantiam: et belli ge rendi peritiam, inertissime se respectu Cesaris predicare

nequaq̄z veritus: tametsi a nōnullis tuz studijs humanita tis: tum militie sciētia non in ultimis ipse reponeretur.

Sapienter.

Librum et eum quidē apertuz pro insigni gestauit. Q. d bonarum artium cognitionē maxime regibus cōuenire in telligeret: que uidelicet ex librorum tractatione atq̄z euolu tione perdisceretur: Atq̄z ideo platonē in primis laudare solitus erat: q̄ꝑ reges diceret aut litteratos eē oportere: aut certe litteratorum hominum amatores.

Studiose.

In vrbium direptione quicunq̄z ex militibus librum of fendisset confestim certatiq̄z illum ad regē quasi suo quodā iure deferre: quoniā scirent. Ita quidem fama vulgauerat: eum libris maxime delectari solitum. Itaq̄z nulla alia in re magis sese regi gratificari dignius aut facilius posse arbi trabātur: q̄z in libris exhibēdis atq̄z tradendis.

Studiose. Liberaliter.

Diem illā in qua nihil legeret se perdidisse dicebat. Sz et cum audisset Tib. cesarem eam diē se ꝑdidisse solituz di cere: i qua nihil quicq̄z alicui donauisset: egisse gratias rex dicitur immortali Jesu: q̄ꝑ eo modo nec diē vnam ipse per didisset.

Studiose.

Gloriatum assidue regem scimus q̄ꝑ bibliam quater et

et decies cũ glosis et commentarijs omnibus perlegisset: proinde illam memoria ita tenere: ut non solum res sed uerba etiam ipsa pluribus locis sine scripto redderet.

Fortiter.

Cum classis regia tempestate abrepta ad insulas schobades decurrisset. atq3 eodē vna ex dissipatis triremibus aduentare prospectaretur cōscisso uelo ac temone decusso summo cũ militum et nautarũ discrimine. Inclamauit rex ut aduenienti illico omnes irent suppetias: Cũq3 & omnes periculum recusantes reclamarent. melius vna3 q̄3 vniuersas triremes iri perditum. Rex nihilo segnius pretoriā soluit ipsemet. et si nemo subsequatur. solus opem enixissime laturus. Quo facto exteri postea pudore compulsi regem subsecuti triremem prope obruptam non sine omnium periculo reduxerunt incolumem. Tum rex. nonne uobis sepius dixeram periculum sine periculo moueri non posse. Mihi profecto satius uisum ē vna cum sotijs uiris fortissimis occumbere q̄3 illos uidere. et pati ante oculos interire.

Moderate.

Cum quidam stirpe illustris. quem hic honoris gratia non nomino. lese maiestatis apud regem delatus esset. et esset facinorus cōuictus: et maiestatis reus: nō sententia aliqua lata. non scripta. ut solet. sed tacito quodam iudicio in eum animaduertit. Quo ex facto utrunq3 prouidit. et ne scelus impunitũ remaneret. et ne generosa reliqua domus vnius noxa notaretur infamia.

Clementer.

Urbem neapolitanã pertinacissime obduratam pugnã do deniq cum cepisset: deus immortalis quã humaniter: quã liberaliter: quã mansuete sese gessit: omniũ primum milites a cede ac direptione coercuit: et pter primos impetus quos continere facile non fuit: postea ciues omnis a militum fu rore et auaritia tutos incolumesq seruauit. Ipsemet stric to ense perequitans ciuitatem: prospiciensq ne quis alteri vim aut contumeliam afferret. Dein his quãquã victis libe rorum iura concessit inimicorum omnium etiam petri iocun dissimi fratris cedis oblitus.

Moderatẽ. Fortiter. Clemẽter. Liberaliter.

Expugnata iam ciuitate neapolitana: ne ex victoria vt euenit: insolesceret exercitus: aut uoluptatis resolueretur illecebris: confestim cõpositis rebus: recto ad hostes itine re pertendit. Quorũ dux erat antonius caldoria vir stre nuus: atq in armis clarus. Cũq eos in agro carpinonio nactus esset: prelio instructos intentosq et numero et vir tute plurimum exultantes: adbibito consilio rex proponit exquiritq an prelium sumendũ sit: nec ne: cũq ex proceri bus quidam suscipiendum omnino esse censuisset: si rex ipse presens non esset. Ergo quod maxime inquit opitulari di micãtibus solet imperatoris presentia: nũc: si dijs placet: offutura est: statimq deo bene iuuante ut prelium cõmitte rent: pronunciauit: mox intellecturi nihilo eorũ fortune ac glorie obstaturam presentiam suam. Fit ergo prelium initio satis ancipiti marte. Demũ postea regis auspicijs atq uir tute fuderunt ceperuntq hostes ferme omnis: in quibus

sfortiani equites prope innumerabiles capti. Ipse antoni us dux item captus: Hic omnibus seculis memorāda cle mētia: Antonium caldoriam exitialez et quasi hereditari um regis hostem cum omnes morte mulctanduz esse cense rent: saluum esse rex iussit bonis et paternis et suis omni bus seruatum restitutumqz: nec Jacobi patris capitales inimicitias: nec antonij filij puicatiam iādudum sibi dāno sissimam: uel paululum estimare visus ē: Milites preterea captiuos missos fecit: Nonnullos etiā quāuis hostes ob egregiam tamen virtutem atqz integram famam donauit exornauitqꝫ. Qua mansuetudine et benignitate ipsos etiā hostes sibi exinde beniuolos reddidit. Uniuerso post hac regno neapolitano ab aquila marsoꝝ vrbe ad regium usqꝫ brutiorum sine aduersario in pace summa et tranquilitate potitus.

Fortiter. Clementer. Grate.

Hisclam oppidum et milite et situ ipso munitissimū pu gnando cepit: captis licet grauissimis hostibus pepercit. In id postea ab eo colonia catelanorum deducta ut essent qui cum virginibus aut viduis hisclarijs cōnubia copula rent. Ratus videlicet id quod euenit animos illorum de liniri et conciliari posse prole suscepta. Ceterum in eadē ex peditione et hoc contigit: ꝙ cuz uictorie cōpos dijs grās acturus: ad litus ubi templuz extat marie virginis traice ret: schapha nimio pondere regiorum pressa subsedit: rege usqꝫ ad uada ima delapso: nandi penitus ignaro. Cuiqꝫ ope caietani cuiusdam ab imo redditus fundo mox sese collegis set: dixisse ferē: Non paruo magna constare. Tū adiutori ipsi ultime sortis homuncioni: salariū annuū cōstituit: pari ter et filiabus quinqꝫ dotez dedit.

Continenter.

Jccaro appulie oppido ui capto cum miles a direptione contineri nequisset. Rex veritus ne furor tandē bacchare tur in mulierum pudicitiam: conquisitus cuꝫ cura in locuꝫ extra muros procul a militum impetu congregauit seruan das. Dato negotio Joāni olgine viro amplissimo et mihi seruatas simul et illibatas cū presidio quo uellent dimisit. Paucis post diebus ad lares vnde digresse erant prout li bitū fuerit tuto redituras.

Fortiter. Religiose.

Erat in saniuo rex aut procul bouiano cum subito affer tur hostes aduentare ac iam prope esse. Quo nuntio, cape re arma milites iussit atqꝫ hostibus obuiaꝫ contendere: et iaꝫ ad tria milia passuuꝫ processerat: instructus armatusqꝫ tandēqꝫ in campis apertis iuxta troiaꝫ in conspectu hosti um consedit. Stabant enim loco edito ad preliuꝫ: et ipī pa rati instructiqꝫ. Ceteꝝ rex consulto haud mouebat quo ho stes in equum pelliceret ad pugnā. Jlli vero numero fiden tes quo sane prestare videbant: e colle descendūt magnoqꝫ impetu pugnam incipiunt: tum regem exclamasse his auri bus audiui: naꝫ iuxta eram: o milites victoria nostra est: ostendens etiaꝫ a qua acie: a quoue loco victoria oriretur. Mox et ipse inter primos concitatissime in hostem fereba tur. Crederes fortunā presideꝫ belloꝝ adesse regi: taꝫ exi guo momento hostes viros fortissimos fuderit; fugaue ritqꝫ: et in portam vsqꝫ ciuitatis persecutus plurimos ce perit: nonnullos etiam in fossaꝫ vrbis precipites egerit. Regioꝝ vero nōnulli hostibus mixti vrbē introiere qui

ex porta altera ad regez incolumes redierūt: In hac uictoria per multa quidē obtigere narratu dignissima. Quidaz eques cum intueretur: regem ornatu preter alios elegātiore: et quisnam esset: nam ignorabatur: proiecto in euz ense percontaretur. Atq; ille alfonsus rex sum etiam protento ense respondisset: continuo ad regis nomen procubuisse dicitur: atq; illius potestati reducto gladio sese permisisse. Illud quoq; memoria huius uictorie insigne extitit. Quō reuersis militibus e prelio in castra vnde profecti erant. ceteris. ut fit: corpora passiz curantibus. Ipse rex nō prius aliquid gustare: non prius exarmari: aut puluerē et sudorem extergi passus est: licet et in mediis et estatis et diei et apulie flagrantissimis caloribus: q̃z rem diuinam uel solēniter fecerit: Jesuq; gratias pro uictoria egerit: armatus: ieiunus: ac prelio defatigatus.

Diligenter. Fortiter.

Venabatur rex in campis leboriis quos nunc rosarum uocāt: quo nūtius affertur. Riccium regiorū peditūz ductorem ad hostes defecisse: ac per fraudem occupasse oppidum sancti germani cū monte cassinati: ac properare uicina omnia inuadere. Quo nuntio permotus rex dixisse fertur: facto non consulto opus eē: et ut erat uenatiōi potius q̃z armis instructus cōtra proditorem iter instituit: cum his tantūmodo purpuratis qui secum uenationis gratia conuenerant ciuitatibus solum denuntians: ut qui euz diligeret propere sequeretur. Opinione celerius ad Riccium peruenit: cuius uestigia ultro subsecuti regii milites tantaz trepidationē intulere proditori: ut facile intelligeres illum incepti penituisse preuentū regis ac regiorum celeritate in

credibili. Dũ enim arcem quam ianniculã uocant: maximũ illius expeditionis: aut mauis proditionis momentum ex pugnauerat. At quoniam quidem rex acceperat ingens e roma presidiuz riccio prope diem aduenturũ. qua spe fret⁹ riccius in arce adhuc expugnando perseueraret. noctu in montez peditatuz rex dimittit admonituz uti sub nomine ricci turrim templi que Ricciano presidio tenebatur ptran seant: atq; inde ad ricciũ sub ipsuz diei ortuz descendant. Quo pacto Riccius auxiliares copias arbitratus: primo letari. dein cuz regios eẽ ex signis armisq; cognosceret an tea q̃z ab rege circũueniretur fuga saluti consuluit. reliqui capti quos pro sua cõsuetudine rex oẽs dimisit incolumes. Oppidũ q̃rto p⁹ die quã iterim fraude captuz a Riccio ex titerat recupatuz.

Perfrugaliter.

Equiti quidã prodigo quippe cui nulla pecunia eẽt. satis et ab rege quotidie multa postulãti dixisse tandem fertur. Amice si tibi plura dare in dies perrexero: citius me pau perẽ q̃z te diuitẽ effecero. Hoc. n. proinde eẽ ac si piscinam perforataz implere quispiã contendat.

Jocose.

Cũ me legẽte aliquãdo antonius bona bacchi antistes sese offerẽs efflagitaret vti euz regi cõmendarez. atq; ego ad ipz iocando his verbis regi suaderẽ. Q̃ ô hic ille bona eẽt qui nunq̃z uidisset solẽ exorientem sobrius. Subridens rex adiecit: multo minus hercle occidentẽ.

Pie. Reuerenter.

Cũ peregre aduenięti ferdinādo patri obuiā ꝑgressus ad uertisset illũ vecticula vectari valitudine affectũ equo dissi lijt: ut patrē pedibꝰ comitaretꝰ: et si opus esset humeris ac ceruice ēt sustolleret. Cũqꝫ e lectica pater identidē cohorta retꝰ: vt exēplo multoꝝ proceꝝ iuxta adequitantium et ipse quoqꝫ equũ cōcēderet: alij iquit: O pater q̄d ad se attinet ipsi uiderint: ego quidē adduci neutiq̄ꝫ potero quin regem quin patrē et eundem egrotũ pedibus sequar.

Moderate.

Cũ aliquis alfōsũ a nobilitate maxime laudaret: qꝫ rex es set: filius regis: regis nepos: regis frater ⁊ cetera istiusmo di. Rex hoīeꝫ interpellās dixit: nihil eē qđ ī vita minoris ipse duceret q̄ꝫ qꝫ ille tantifacere videretꝰ. Laudē. n. illā nō suā sꝫ maioꝝ suoꝝ eē: quippe qui iustitia: moderatiōe: atqꝫ animi excellētia sibi regnum comparassent. Successoribus quidem oneri regna cedere: et ita demum honori si vtute potius q̄ꝫ testamento illa suscipiāt: a se itaqꝫ si qua mō ex tēt eliceret ornamēta, nō a patribus iā mortuis extorq̄ret

Pie. Liberaliter.

Ferdinādus et ipe inclitus rex moriēs Alfōsuꝫ filium his pene vbis allocutus ferꝰ: Optime fili: quoniā regna q̄ cũq̄ꝫ dũ deo placuit obtinui: ad te etatis ꝓrogatiua defer ri et scio et volo. Optarē eas mō terras q̄s ī ea pte hispa nie quā castellā vocitāt hēmus: Joāni fratri tuo si mō p te liceat relinq̄re: qđ ne moleste feras te peto: et si pateris ēt rogo. Tuꝫ alfōsus: Ego mi pr̄ ac dñe satis itelligo istec regna et tua fere omnia ad me quideꝫ ꝑtinere. Jccirco plu ris semper uoluntatem tuam et feci ac facturus suꝫ q̄ꝫ eta tis priuilegiũ. Jmmo vo si ꝓ tua singulari pudētia regnis

ita demum prospicis iri consultum: si Joannez regni succes sorem reliqueris: nihil recuso quin ipsum uel ad omnia isti tuas heredē: non aliter mihi credas uelim uoluntati p me tue usq ad postremū spm parebit q̄z diuine. Tū ferdinandus macte inquit: esto pietate et obediētia filij: et obortis lachrimis eū dimisit.

Juste. Magnanime.

Rogerius paleatie comes amplissimo atq ornatissimo genere natus: impiger uir et manu promptus regem adiēs indicat in animo sibi esse Joannem castelle regez ipsius hostem contempto omni periculo confodere foreq id sibi si modo annuat factu perfacile. Cui rex se non solum pro castelle atq hispanie dominatu: sed ne pro totius quidez orbis imperio adipiscendo taz crudele ac detestabile facinus permissurum. Dij melius q̄z eiusmōi scelere ueram: ad quā tantopere elaboret: gloriam ledat atq contaminet. Simili quodammodo respōdisse dicitur exuli florētino Cosmaz medicē occisurum pollicēti si triginta non amplius militū manu ab rege iuuaret. Longe quidē acriores atq ampliores hostis sese et habuisse et habere q̄z Cosma esset: morte quorum uel regna consequi se quidem potuisse: sed abstinuisse a scelere. Iret igitur: et referret post deinde meliora.

Moderate.

Cum familiares nonnulli rusticū quēdam humi prostratum vuas edentem digito uelud ignauum demonstrarent regi: vtinam mihi inquit istoc ocio comedere dij dedissent.

Grate.

Acceperat aliquando a maria singularis exempli uxore litteras quas cum semel atq iterum attentissime perlegisset: mox inquit: Institueram olim de uxore nihil extra talamum dicere: ne bene dicendo uxorius aut impudens haberer. At nunc mihi prorsus mutandum consiliũ. et quid vis homines obloquantur. quocunq intriuio cuicunq obuio sine modo et modestia de uxoris uirtute atq constantia predicandũ.

Mansuete.

Proceres et purpuratos suos ab rege reprehendi sepius uidim⁹: q amicos paulo iferioris sortis: suos fuitores appellarẽt. maxime cũ huiuscemõi hoies a philipo rege nõ fuitores nõ subditos. ut ab istis. s3 amicos et familiares appellatos lectitasset.

Liberaliter. Grauiter.

Aluerum lunam ab Alfonso cuius erat popularis. magnopere postulantem ut se ad Joannem castelle regem proficisci cupientem illi commendatitijs litteris notum cõmissumq faceret. non modo notu3 et commissum uerũ3 adeo gratum acceptumq rex fecit. ut breui ad amplissimas fortunas et Joannis usq in intimam gratia3 euaserit. sed benefactoris et beneficij immemor. iccirco cũ ingratitudinis aliquando aluerus argueretur. alfonsum ita dixisse accepimus. Compertum se quidem haberi. ingenti beneficio non nisi ingratitudine satisfieri. Propterea plures quidem esse qui darent. sed qui dare scirent esse per paucos. nec ideo pigrius dandum aut beneficiendũ esse.

Iuste.

Quanta fuerit Alfonsi existimatio et gloria hinc facile deprehendas. Q. ō nōnunq̃3 etiã ab inimicis et eisdē uiris spectatissimis fuerit laudibus celebratus. Nicolaus cardinalis capuensis regi grauis inimicus: florētie cu3 esset: ac conferet sese per id temporis in regnum neapolitanum cō tra alfonsum preclarissimus copiarum ductor Franciscus sfortias. Et ob hoc aliqui dicerent alfonso regi non cu3 re nato negocium fore: ita respondit. Immo hercle intelliget nunc demum noster sfortias cum alio sibi q̃3 cum philippo maria re3 gerendã esse. Hec cū audita retulisset regi Malphirit⁹ legat⁹: utinã rex iquit: aduersarij mei omnes ita de me sentiãt: ut inimic⁹ hic et sentit et p̃dicat: bello q̇dem me nequaq̃3 lacesserent: sed quo nihil mihi antq̇us ē sinerēt pace atq3 ocio perfrui.

Urbane.

Cu3 regie bibliothece custos obserata libraria abesset: rexq3 ipse legendi percupidus forcipe seram excuteret: interuenit matheus siculus eximie ille sanctitatis sacerdos: dixitq3: Tu ne id rex magne manibus proprijs: tu ne: Cui rex subridens: Queso inquit vir sancte: nunquid de⁹ et natura nequicq̃3 regibus manus dederit.

Liberaliter:

Joannes capicurtij dominus natione gallus: genere an ctoritate factis eques insignis: ab henrico britannie rege prelio captus: carcere asseruatus ē: donec fide data grandi admodū sese pecunia redēptu3 repromitteret: cūq3 is pro

missis haud sufficiēs reges ac pricipes europe omnis obis set uti ab his ea pecunia: aut saltem quantulacunqȝ releua retur: vnū deniqȝ ex omnibus alfonsum repperit qui eum tota illa quantauis pecunia et a fide obligata liberaret: et a captiuitate redimeret.

Juste. Sagaciter.

Alfonso adhuc adolescente post sanctissimi atqȝ optimi patris obitū regnorum ac publice salutis gubernacula su scipiēte: accidit uti cuiusdā seruula ex domino pregnās fac ta mox pariens ad libertatē proclamaret: ex lege hispanē si que est: Serua que ex domino liberos susceperit: libera esto: dominus autē ueritus seruā amittere: negabat ex se fi lium procreatum ratus hoc pacto se et seru am non amissu rum et filium simul habiturū. At illa acrius instare: et na tum ex domino conceptū asseuerare: Erat sane difficilis ꝓ batio et coniectura ueritatis: sȝ in ancipiti re alfōsi prudē tia: iā inde ab adolescētia statiȝ explēduit. Eteniȝ decreuit vti infās sub licitatiōe venūdaret. Cūqȝ et vni alicui qui maius preciū attulisset infās tradi assimularet: pr̄ pietate uictus a lachrimis tēperare nequiuit: et suū eē filiuȝ fassus ē. Quare rex et patri filiū et serue libertatē haud cūctan ter adiudicauit.

Facete.

Joānes caltagirduius eques regius ut primum ab ho stibus carcere dimissus ē. Regē adijt et liberalitate illius nō nihil abusus: innumerabiles ꝓpe res simul et poposcit et impetrauit: a quo rex vix tādē diuulsus: Mētior iquit ni inter tā multa et uaria q̄ petebat timuerim ne uxorē et ipam a me deposceret eques meus.

Grauiter.

Cum inter sophistas aliquando de regū felicitate discep tatio esset: et suum quisq iuditium afferret in medium: interuenit rex. Et quid o amici inquit in id tantopere laboratis: Non putatis hoc ipsum quale sit: aut plenius excogitari: aut luculētius exprimi posse q̄3 prodiderit vir diuine sapiētie augustinus: mox illius uerba ipsa ut erat singulari memoria pronuntiauit. Que quidem ego hisce commentariolis iō intexui: q͏ digna mihi uisa sunt. que reges et principes terrarum vniuersi memoria quidem et teneant et obseruent. Reges utiq3 felices augustinus existimat: si iuste imperant: si inter linguas sublimiter honorantium et obsequia nimis humiliter salutātium non extolluntur: sed se homines esse meminerint: si suam potestatem ad dei cultum maxime dilatandum maiestati eius famulam faciunt: si deū timent: diligunt: colunt: si plus amant illud regnum ubi nō timent habere consortes: si tardius vindicant: facile ignoscunt: si eandem uindicta3 pro necessitate regende tuēdeq3 reipublice: non pro faturandis inimicitiarū odijs exercēt: si eandem ueniamnon ad impunitatem iniquitatis sed ad spem correctionis indulgét. Si quod aspere coguntur plerisq3 decernere misericordie lenitate: et beneficiorum largitate compescant: si luxuria tanto eis est castigatior: quanto possit esse liberior: si malunt cupiditatib9 prauis q̄3 quibuslibet gentibus imperare. Et si hec omnia faciunt: non propter ardorem inanis glorie: sed propter charitatem felicitatis eterne: si pro suis peccatis humilitatis et miserationis et orationis sacrificium deo suo immolare non negligunt: tales christianos imperatores ac reges dicimus esse felices.

Humaniter.

Cum andree panhormitano viro et genere ꝛ iurisperitia claro seneq̄ cognitum neq̄ uisuꝫ vnq̄ rex accepisset: con tinuo illuꝫ uelut fortunatū hominē et uidere et nosse vehe menter voluit.

Fidenter.

Alfonsuꝫ nonnunq̄ absq̄ comitantiuꝫ pompa inceden tem vidimus: cumq̄ et ab hoc plerisq̄ argueretur: suade returq̄ ut more aliorum principuꝫ: et ipse armatoruꝫ ma nu stipatus graderetur: exhorruisse cōsiliuꝫ uisus est: atq̄ dixisse se quidem minime soluꝫ ut isti crederent: sed innocen tia associatuꝫ vadere: neq̄ esse q̄ beniuolentia ciuium fre tus quippiaꝫ extimescat.

Grauiter.

Per quam difficilem sibi reꝫ principatū videri: vel eo maxime dicebat q̄ principū vita popularibus exemplo ce dat: illis quideꝫ ad vitia q̄ꝫ ad virtutes procliuioribus. Qua propter principibus non modo sua causa a peccato abstinendum esse: sed multo etiaꝫ magis ne sua vitia infun dant in ciues suos. Nam veluti eliotropiuꝫ herbam ad so lis motuꝫ: ita populares semper in principium mores uer ti atq̄ formari.

Iuste. Fortiter.

Inter Ioannam reginaꝫ et Alfonsuꝫ suborta discordia complures tum artium prefecti: tuꝫ presides terrarum ac

principes adeūtes regem: polliciti sunt vniuersum pene nea politanorum regnū: regina inscia sese dedituros. Quibus rex habere se quidem gratias respondit: sed pluris famam et honorem suum quālibet magnum existimare: suuz quidē consilium et fuisse et esse regnum non dolo aut iniuria: sed legitimo iure: cūq̄ et deo et Joanne matri placuisset possidere. Quod si regine in se uolūtas immutata uideatur: id molitudini et fragilitati feminarum assignandū esse: cōtra se et uirum et regem esse: meminisse oportere.

Juste.

Presides prouinciarum ac iudices omnis ab rege premonitos scimus: ne quod decretum aut rescriptum a se factum seruarent: nisi quod iure tantum et honestate niteret. Interdum enim aut importunitate postulantiuz aut ignoratione rei fieri: vt quid contra iuris sanctionez emanet. Propterea illud mō custodiri ac ratum esse se iussisse quod legibus probaretur. Primamq̄ legem eam esse: ne quid cōtra legem: contra rationem: aut cōtra iustitiam fieret:

Benigne.

Militibus vero aūt missionem aut uacationem petērībus licet incommode: tribuit: tamen nec cuipiam vnq̄z cōmeatum negasse uisus est: itaq̄ factum ut cum requiē aut ocium sibi: haud denegari animaduerterent illud postea cōcessum renuerent: aut ultro denuo redirēt ad regē. Quos rūersos rex comiter ac benigne suscipiebat: monebatq̄ ut sicut sibi bellū quidem gratia pacis susciperetur; sic illis negotium gratia ocij renuendū non esse.

Grauiter.

Antisthenis dictum suscipere ac frequenter usurpare cõsueuit: si uel i coruos uel i adulatores icidere oporteat: satius eẽ in coruos icidere. Hos quidẽ q̃ mortui essẽt: illos vẽ q̃ uiuerẽt deuorare.

Religiose.

Mortuo eugenio pontifice: cum electio noui pontificis rite institueretur: multi cum aliunde tum ex collegio ipso cardinalium ad Alfonsum qui per id temporis tiburi cum exercitu erat: adeũtes: obtulerũt sese pro ipsius regis sententia aut libitu hunc uel illum pontificẽ creaturos. Quibus rex uti eum crearent: respondit quem ad tante molis gubernaculum sustinendum pro eorum prudẽtia crederẽt aptiorem: deoq́ acceptiorem futurum. Se quidem tiburi interim permansurũ illisq́ totis uiribus obstaturũ: quos quominus libera et in spiritu scõ comitia fierẽt: intercessũ ire aiaduerterent.

Moderatẽ.

Cum beneficiorũ immemores esse nonnullos intelligeret: et interdũ de se etiã obloquẽtes: inquiebat illis quidẽ ut libet: sibi uero benefactorũ fructum esse bñfecisse. Rursum ꝯ̃ maledicentiã ingratorũ ridẽdo exclamabat: bñ hẽ: liberam tandẽ ciuitatem hẽmus: cuiq́ ut libet et licet.

Sapienter. Clementer.

Principẽ inq̃ebat uelut aiũ esse debere reipu. illã uelut corpꝰ: proinde pricipes haud satis mirari: q̃ cũ ciues offẽdãt: nõ intelligũt in illis seipsos pariter offendere: atq́ in semetipsos impios ac crudeles eẽ.

Clementer.

Cuȝ argueretur aliquādo rex ꝙ mitis esset ac clemēs ni mis : vt qui nonnunq̄ȝ etiā his qui uel grauiter in ipsuȝ de liquissent ignoret. Se quideȝ paratū uelle esse dicebat deo immortali si ad calculuȝ uocetur: oues quas in tutelam ab eo suscepisset annumerare. Et si illas repetat restituere ico lumes omnes posse.

Grauiter.

Justitia dicebat se quidem bonis gratum esse ac clemen tia etiam malis.

Clementer.

Qui nimis leuem et mansuetum principem quereretur expectandū his esse dicebat: vt vrsi aut leones quandoqȝ regnarent: hominis sane dementiam esse beluarū feritatē.

Grauiter.

Turpe nimirū valde esse dicebat eū alijs imperare qui sibimet dominari nesciret.

Modeste.

Jllud scilentio preterreūdum non fuit: ꝙ cū esset Alfon sus tot tantorūqȝ rex regnorum: honore: gratia: opibus: potentia: ac sapientia: admirabilis: nunq̄ȝ tamen aut iactē tia: aut insolentia notari potuerit.

Grauiter.

Per absurdum sibi videri dicebat reges ab alijs regi: duces ab alijs duci.

Pie. Liberaliter.

Pueros quos ad studia litterarum aptos ac prope natos intueretur: verū paupertate et inopia ad gloriam aspirare non posse: vt quisq3 uel ad hanc uel ad illam disciplinā idoneus uidebatur partim rhetoribus: ptim philosophis erudiendos commendabat: fouebatq3: sumptū illis affatī3 ministrās. Simili pietate ac liberalitate usus ī theologos pauperes. Nā cu3 ad doctoratū ascendere nisi magnis sum ptibus: adeo corrupta et deprauata sūt omnia: nō possēt: eos in pecunia iuuare. et presentia cōdecorare non destitit.

Modeste.

Pulchritudinis amator cū esset nimiꝫ iuxta chrisippi sententiam putabat pulchritudinē esse virtutis florē: nūq3 tamen licentia aut contumelia in etatē alicuius ē vsus.

Urbane.

Interrogatus aliquādo rex q̄d sibi sine utilitate honor esse videretur: Cōsimile id sibi videri respondit: vt si p acutum et peracre quis cernat: sed offusus caligine oberret in tenebris.

Sapienter.

Audiuimus rege3 de benignitate nature differētem di

cere q etiã in vitijs quodãmodo ꝓspexisset generi huma no. Nam pro luxuria matrimonium permisisse: pro inuidẽ tia emulationẽ: pro accidia siue ociositate laxamentum: pro gula et ventris ingluuie cibatũ: pro auaritia parsimoniã: pro ira admonitionẽ increpationemq;: pro superbia uero nihil indulsisse: ut intelligant superbi: nõ modo hominibus se. sed etiam deo et nature infestos ac detestabiles esse.

Facete.

Cum aliquando mulierem impudẽtius saltantem aspexisset: fertur ad proximos dixisse. attendite: Sibilla quidem e vestigio prodet oraculum.

Clementer.

Non tam q hostes vincere et sciret et posset: gloriabatur: q̃z q uictis consulere didicisset. Illud quidem fortune interdum munus esse: hoc semper suũ.

Grauiter.

Cum aliquis regi diceret: Caue ne tua hec nimia lenitudo et placabilitas in pernitiẽ cadat. Immo uero inquit: Multa mihi ꝑferenda sunt ne in inuidiã cadam.

Recte.

Mansuetos et misericordes amplecti et honestare consueuit. Econtrario superbos uelut dijs et hõibus exosos exhorrere.

Comiter.

Arguebatur aliqñ rex q̄ cū a saltatiōe tātope ipse abor reret: in aduētu tñ Federici impatoris cum ipso impatore et helionora augusta saltitare,ppalam uisus esset: et is ita quidē arguebat: cū se expurgantē audiuimus: nō uolupta tis grā se saltare: immo id sibi neq̄q̄ probari. Cete℞ in honore imparoris et auguste id in p̄ntia a se fieri: Plurimū nāq; refert quēadmodū res fiat. Si quidē luxurie aut lasci uie cā quis saltet: stultū aut ebriū videri: sin honoris alicu ius grā rep̄hensionē effugere: Nec q̄ esse insanū; qui cū ma gnis uiris semel insaniat.

Sapienter. Liberaliter.

Illud uel p̄cipue notabile inter regis facinora fuerit: q̄ quot uiros aut re bellica aut litteraria illustres accepit: ad sese pene ois euocauerit. Euocatos amplissimis honoribus munificētissimisq; muneribus affecerit. Brachiū sui tpis p̄ stantissimū copia℞ ducē arcte familiariterq; dilexit: quem adolescēs adhuc in disciplina militari magr̄i loco et hūit et obseruauit. Is ē qui rei bellice glām apud italicos pene ex tinctā admirabili arte atq; idustria reuocauit: atq; auctiorē fecit. Post hūc nicolao picinino ex bracciana disciplina: sȝ nec iferioris glīe viro cōiunctissime et amātissime usus est.

Doctrina vō et ingenio insignes amplexus est: precipue bartholomeum facciū suauis ac prisce eloquentie uirum: a quo quidem et res a se gestas perscribi cupide appetiuit: maxime eius libri suauitate allectus: quem de uite felici tate regi ipsi antea dicauerat: Georgium trapezuntium grecis et latinis litteris vi℞ eruditissimū inter familiares

quos cum admiratione diligebat admisit. Dato negocio vt aristotelis de naturali historia libros omnis e greco in latinum traduceret: quoniã illi qui prius a nescio quo tra ducti extabant propter asperitatem barbarieq́ꝫ orationis haud satis probabantur. Leonardũ vero aretinũ viꝝ eta tis sue disertissimũ: quo minus apud se habuerit: non volũ tas sed inualitudo illius atqꝫ etas ingrauescẽs impedimẽ to fuit. At epistole que vltro citroqꝫ extant et extabunt diu mutui et amoris et officij documenta prestabũt. Pog gium florentinum virũ illustreꝫ ob chiropediã suo nomine e greco conuersam: nõ soluꝫ beniuolentia amplexus est: sed honorabilib⁹ et opulẽtissimis dõis ornauit. Sileo theolo gos quos ex vltimis terraꝝ regionibus arcessitos: legen tes ac disputantes quotidie audierit: et quorum nõnullos postmodũ ad summas dignitates mortalium omniuꝫ gra tissimus euexerit. Pretereo philosophos: medicos: musi cos: iureconsultos: quibus regia omnia redundat: omnis ab rege honestatos: omnis lautiores: oĩs locupletiores ef fectos. Nam si singillatim eoꝝ non dico virtutes atqꝫ pre conia sed nomina dũtaxat nuda precensuero: hec ipsa nimi rum sibi ingens uolumen exposcere uidebuntur. Igitur sin gulos in alios locos reiciamus. Et tertium nunc Alfonsi dicteriorum librum aggrediamur.

Liber secundus finit. Incipit tertius. Proemiuꝫ.

r

Epetēti mihi quotidie Alfōsi dicta aūt facta memoratu digna tā multa et p̄cla ra sese exhibent atq3 oñdunt:ut cum eo rum copia pene obruar cum magnitudi ne plane obtupescam. Nam per immor talem deum quale illud est:q̄ꝺ nuper ab eo dictum audiuimus. Nam cum quidā ab eo sciscitaret̄:quomodo in tot diuitijs pauper effici pos set:effici posse respondit:si sapiētia uenditaretur. Quo ex dicto utiq3 planum fecit pluris se rerum cognitionem q̄3 regna aut diuitias estimare. Alexandrum macedonem in hoc ut in plerisq3 quodammodo imitatus qui laude3 ex sa pientia potius q̄3 ex armis querere concupiuerit. His ac cedit ꝙ sapientiam filiam dei appellare solitus fuit:eamq3 solam rerum fere omnium eē immortale3:atq3 ex omni ge nere animantium soli homini esse concessam. Qua potissi mum ex re uti ego arbitror Joannem hixaritanu3 cū om ni uirtute prestantissimum tum accerrimi iudicij uirum de rege solitum dicere accepimus Alfonsu3 si rex non fuisset: philosophum et quidem eximium futurum fuisse: ad sapiē tiam enim vnice natum esse uideri. Neq3 enim inter ardua ut sunt plerūq3 regum negocia:vnq̄3 sapientie studium in termitter̄:quotidieq3 poetas:philosophos:et theologos: aut legentes aut disputantes aut orātes audire:atq3 adeo in diuinis maxime disciplinis doctum et clarum euasisse:ut in rege aliquid etiā preter regem inesse uideretur:quod de mirari posses:cum ad felicitatem et ueri cognitionem tibi excerpere. Ego p̄terea ita explanantem difficilima pleraq3 regem scio:ut que uiderentur aut haberētur obscura luce: ut aiunt:meridiana clariora redderet:adeoq3 hispanos cō terraneos suos amasse:ac respexisse ut epistolas senece ex

latino in sermonem hispanum uerterit. quo diuini illius li bri cognitio etiam litterarum rudes nõ lateret. Sed et q̃d dictum ꝛ sepius dicendum est: sapiẽtes uiros incredibili be niuolentia atq; obseruantia coluit. Quare doctos et sapi entes precipue monitos et oratos uelim uti quisq; pro ui rili gratias referat: meamq; imbecillitatem sua eloquẽtia atq; opera sustentent suffultiantq;. Neq; diuini huius ui ri deq; eis tam benemeriti facta aut dicta perire sinant. s; celebrent potius. et certatī laudibus ferant. haud inscij in gratis penam a ueteribus institutam esse ut hi morenis uo randi discerpendiq; uiui obicerentur.

Grauiter.

Optimos consiliarios esse mortuos dicebat: libros uide licet designans: a quibus sine metu: sine gratiaq; nosse cu peret fideliter audiret.

Grauiter. Juste.

Si romanis temporibus natus esset se cõstructurum di cebat fuisse cõtra curiam Joui positorio templum: quo pa tres cons sententiam dicturi: anteq̃; curiā ingrederẽtur: odia atq; alias animi labes deponerent: plertiq; etenim fie ri uti regna atq; respublice priuatorum contentionibus atq; affectionibus pessundentur.

Juste. Grauiter.

Dicenti cuidam addecere regẽ non solũ q̃ue promisisset: s; q̃ capite ãnuisset ẽt p̄stare ꝺbere: rñdit recte sane: ueꝝ cõ decere petẽtes quoq; iusta ac ꝯsẽtanea ab regib⁹ postulare

Grauiter.

Diuites sine cultu litterarum aureū uelus appellare soli tus fuit.

Sapienter.

Cum esset qui apud regem cāʒ beluarū contra homines defenderet: et modo turturis castitatem: modo cornicis: q̄ mortuo mare nouem hominuʒ etates uidua perduret: modo formicarum prouidentiam: modo canū sagacitatē: modo ciconiarum pietatem: modo apium in regem obseruantiam. Et id genus multa pro brutis animalibus afferet in medium regem ita respōdentem audiuimus: Siue id brutis ab inclinatiōe et instinctu nature siue ex dei dono datū sit: se non alia causa datum ac concessum esse existimare q̄ʒ ut homines turpiter nequiterqʒ uiuentes erubescant a brutis et rationis exptibus superari.

Facete.

Cum aliquādo rex ludouicū podium pucciū appellatum in ueste lugubri: frōte subtristi intueret: et quid sibi uellet dolor ille sciscitaretur. At puccius ob sororiā mortuā dolorosum se eē respōdisset: adiecit letum potius acꝫ bilareʒ eum eē cōuenire ob illius mortem. Nā si cognata mortua eēt: at fratrē eius a mortuis suscitatū esse. Erat .n. mulier illa itractabilis: difficilis: ꝛ uiro dū vixit ādmodū molesta et infensa ac mariti prope mors quedam.

Urbane.

Matrimoniū ita demū exigi trāquille: et sine q̄rela posse dicebat: si mulier ceca fiat: et maritus surdus.

Prudenter.

Quẽadmodum argentarij ad aurum atq3 argentum ꝑbandum: cote indice utuntur: ita se rex uti magistratibus ad cognoscendos ciuium mores atq3 animos inquiebat. Magistratu quidem maxime homines demonstrari atq3 cognosci.

Fortiter.

Upus simenus durrea per id temporis proreges agẽs: cum per nuntium regi abienti significasset nauem alteram ex duabus: quas instar montium rex edificauerat nautarum negligẽtia deflagrasse: respondit scire se eã nauim quãlibet magnam atq3 magnificam: paucis tamen post annis labe aut teredine perituram fuisse: proinde secum equo animo: si sapit: ferat infortunium.

Urbane.

Dicenti cuidam sapientem uix se tandẽ reperisse: quomodo inquit sapientem dignoscere stultus potest.

Liberaliter.

Philippuz poetã ad se satiras diutissime euigilatas deferentem aliasq3 et canentez: ac prope agentẽ: non nisi militie honore decoratum premisq3 auctum remisit.

Pie. Fidenter.

Cuz aliquãdo nauali prelio rex desperatis rebus posset

ex onerarijs in triremium suarũ classes facile euadere. Et enim p̄fectus illarũ Joānes bixaritanus uir strennuus pre sto erat semp regis uoluntatē ac nutum obseruās: noluit tamē in triremes descēdere: sed ex naui sua primus in hosti um nauem trāsilijt: seq3 dedidit ratus id qđ postea effectu probatum ē. Eius ēt capti auctoritatē ad sociorum3 salutē et liberationē plurimum ualituram.

Grate.

Upo simenio q̄ eius opa ī bello neapolitano viginti an nos fideli pariter ac forti usus foret: id qđ magnanimum et generosũ uirum appetere intelligebat: summos quoq3 honores: nouosq3 ⁊ amplissimos magistratus rex cōtulit: Siquidē eum proregē aut mauis presidē in siciliā simul ⁊ in toto regno neapolitano: qđ antea nulli alij contigerat: fecit: seq3 alterum appellari exēplo: uti ego arbitror: alexā dri in ephestionē uoluit. Gratitudine quidē et officio a ne mine vnq̄3 se uinci passus est.

Fidenter.

Alfonsus cũ a ludouico podio e roma certior factus es set. Ricciũ regiorũ peditum ductorē ad hostes occupatis aliquot oppidis: statim transiturum: eq3 re fore illũ: re ad huc integra capere ac custodire: Malle se inquit a suis pro di: dānoq3 affici: q̄3 de illis vnq̄3 minus cōfisũ uideri. De sciscat Riccius ut lubet se nequaq̄3 de beneficiarijs suis ta le aliquid: nisi cōperto scelere eē crediturũ: His addicias: q̄ cũ Riccius proditiōis occasionē q̄rens a rege grande3 quādam pecuniā indebite efflígitaret; rex illā uel ut eum a

proposito deflecteret: uel ne quid culpe in se ipsuz reiici pos set ad Riccij excusationẽ: e uestigio quantācūq; tradendā curauit.

Fortiter. Fidenter.

Redeūte alfonso e caieta neapolim: cūq; vna in classe regia Joanna regina et Joannes carazolus uir primarius pluresq; preterea proceres ac reguli nauigarẽt ad euz propius accessisse sfortiā aiunt atq; dixisse: Nūc o rex si uis & uelle debes: potes vniuersuz neapolitanū regnū sine aduersario aut dubitatione aliqua obtinere. Hoc ẽ si quos tecū ipse ducis eos oīs in siciliaz captiuos dimiseris: ac regnes solus. Cui rex se quidez si nesciret eo proposito ex hispania decessisse: ut uerā et absolutā gl'iam quantū in se eẽt reportaret ad suos: q̄z nō pfidia et dolo: sed uirtute et cōstātia se posse assequi dei optimi maximi benignitate confideret. Reges quidẽ fortune bonis minime indigere: sz laude potius: hoc ẽ hoīuz ppetua cōmendatiōe et fama.

Juste. Grauiter.

Maxima cura intentū regẽ ad exoluẽduzq; sese ere alieno nup uidimus memorẽ: uti ego arbitror: dicti illius. Litis atq; eris alieni comitẽ esse miseriā: p bellū eteniz neapolitanū quinq; et quinq̄ginta milia supra quinquies cẽtena aureorū mutuo cōtraxerat: a quo debito dū proderẽ hec ppe liberatū uidimus: ac pinde respirantẽ et merito letuz dicere: regibus qui p reddituū sumptus metiunť bōa oīa cedere: amari a ciuibus nō metui: ciues ipsos a suspitiōe nouorū munerū leuatos alacres agete: suaq; bona ostentare:

ac deniq; principis uitā uotis supplicijsq; expetere.

Grauiter.

Adulatores āt lupis haud absimiles eē dicebat. Nam quēadmodū lupi titillādo ac scalpuriādo asinos uorare soli essēt: sic adulatores ad pniciē principū blāditijs sil' ac mēdacijs intēderēt.

Fortiter.

Cuz i pdicatiōe cuiusdā uiri sacti sōno rex admodū grauaret: neq; id dignitati aut attētioni sue cōuenire intelligeret: digitis digitos occulte quidē ita cōtorsit: ut soporē p dolore oio excuti et amoueri necesse eēt.

Pie.

Alfōsus quodā die panhormij sacratissime dñice hostie obuiā factus equo desilijt: corpusq; dñi comitatus deductus ē tandē in domū mulieris cuiusdā e graui ptu pene iā mortue. Qua ex re valde solicit⁹ atq; anxius puccio: qui tū aderat: mādat ut illico diue ferme cingulū afferat: quo allato et sūma cū ðuotiōe supiacētis corpus iposito statiz incolumis enixa ē.

Liberaliter. Fidenter.

Mediolanēsibus vo a venetis piter et a frācisco sfortia bello oppssis: auxiliūq; ab alfōso magnope postulātibus: arbitratus ē ex illis demū bñ cōsultū iri: si ludouicū gōzagā hoc ipz affectātē mercede cōduceret mediolanensiū cā. Quapropter puccio podio mādauerat uti hoc noīe ipi ludouico. xxx.m aurerop psolueret. Ceterū podius quoniā iterū carolus ludouici fr q̄ sub mediolanēsib⁹ iberbat occupa

co laudente et crema ad sfortiã transisset: ac proinde ne cũ fratre ludouicus consentiret addubitaretur pecuniam nu merare supersedit: regemq3 per litteras admonuit pecuni am quanuis promissam: in re tamen dubia nondum nume randam sed seruãdã potius sibi uideri. Cui rex maiori sibi cure esse fidem seruare q̃3 pecuniam respondit: Quare lu douico ut cũq3 res cederet: qõ semel promisisset exsolueret de bono et spectato uiro per belle semper et presumendum et sperandum esse.

Humaniter.

Conuocato regulorum procerũq3 consilio neapolim nõ defuerunt qui crederent euocatos ab rege contrucidãdos esse. Siquide3 id aliquando eis a superioribus regibus ac cessitis acciderat. Ceterum hi primo quide3 ab alfonso per humaniter excepti sunt: dein dissoluto consilio leti et inco lun es dimissi. Tum primum sese uerum regem ac patrem uidisse profitentes.

Fortiter.

Offerentes sese quosdam ad renati andegauẽsium du cis: necem reiecit: ac detestatus est: ut si tale aliquid de cete ro cogitare auderent in eos tanq̃3 parricidas animaduer surum minitaretur: addens se quidem uirtute: non insidijs cum hoste de regno contendere. Simile et his respondit: qui sese in mortem Francisci sfortie paratos esse regi signi ficarent: nunq̃3 sibi uictorem placuisse. Cuius postea pigen du3 pudendumue eẽt: ni ab huiusmodi consilijs abstineãt: talia se exempla in illos editurum: ut eiusmodi consilia sibi admodum molesta eẽ omnes intelligant.

Mire. Grauiter.

Audiuimus ab rege cecum natura agrigenti adhuc vi uere: quem sepenumero ducem venationis habuisset: mon strantem his ipis qui oculis cernerent ferarum saltus ac late bras. Sed et illud de ceci huius ingenio atque industria mi rum adiecisse: habuissem hunc aureos ferme quingentos. Deque his ualde solicitum statuisse in agro defodere: defodi entem a vicino eius compatre conspectum abeunte pecuni am ablatam. Cum vero paucis post diebus thesaurum re uiseret: neque iuenisset animo angi: discruciari excedi: neque ali um coniectare: nisi vicinum compatrem surripere potuisse: accessisseque ad illum atque dixisse esse quod consulere eum opor teat: tenere se aureos mille: quorum partem dimidiam ab struxisset iam in tuto loco: de reliqua autem dimidia anxiu esse vtpote cecum et rerum per quam incommodum custo dem. Propterea si ei quoque visum fuerit hoc reliquu in eo dem loco tuto quidem condi et abstrudi posse: compatrem approbasse consilium ac propere pcurrisse quingentosque au reos vnde nup effoderat recondidisse: ratum totos mille mox sibi nequaquam defuturos. Post hec cecum in agro reui sisse: reptaque pecunia compatrem compellando exclamasse: cecum oculato melius vidisse letumque rediisse. Ceterum ve ro admonitum regē eos imperatores maxime laudare qui eos qui oculum prelijs amisissent coronatos milites: suosque hannibales appellarent.

Clemēter. Magnanime.

Conductus iam ab rege hestor fauentinus. xvi m. aureorū sibi traditis iā antea quam regi militare incipet ad bononien

ses et Franciscum sfortiā se contulit. Quod cum neapoli resci
tum eēt antonius casarelius: hestoris scriba: qui dn̄i nego
cia procurabat apud regem: uite metuēs profugit. verum
interceptus in uia ad regem reductus ē. constitutus in me
dium: iussus ē recitare conditiones inter regem et suum do
minum per eum initas. quas cum intellexissent qui aderāt
ab hestore violatas eē. ab rege dimissus est. non solum me
tu mortis liberatus. sed viatico etiam adiutus. Hoc etiā
ad magnanimitatem regis referēdum est. Quod cum hestor
in fidem recipiende pecunie obsidem dare filium obtulisset.
ab rege illi sicuti plerisque alijs negatum eē palam ē. non me
tu. sed gratia et voluntate sibi operam dari suum semper cō
silium extitisse.

Liberaliter.

Alfonsus lodouico podio quo propter eius singularem
diligentiam ac fidem perpetuo fere oratore in italia usus
est: renuntianti pro pace: quam venetis et florentinis da
turus esset plusq̄ȝ ducētorum aureorum extorqueri posse:
respondit: paceȝ dare se non uendere solitum eē.

Grate. Fortiter.

Cum esset rex cum exercitu tiburi: reddite sunt ei litte
re ab inclito illo mediolanensiuȝ duce philippomaria i hāc
fere sentētiam. Philippus alfonso salutem. Ardeo et qui
dem cupiditate incredibili: ut ad me vnum aliquem e tuis
interioribus aulicis mittas: fide: ac probitate q̄ȝmaxime
spectatum: cui cuȝ ea fiducia de rebus arduis loqui liceat:
ac si tecum coram locuturus esseȝ. vale. Ex omnibus regē
lodouicum podium delegisse scimus: Hunc et cum litteris
manu regis descriptis: et signis secretioribus ad philipū

accessisset: primũ iureiurando a philippo adactum esse: ne quid eorum que auditurus esset proferret. Deinde ut regi q̃ ocissime renuntiaret sibi propositum esse utiq̃ fixum et immutabile regem ipsum ex asse heredẽ facere. Ipsiq̃ puccio in presentia tradere paratum esse: regis nomine: ciuitates: opida: atq̃ arces omnis: que quidem regiorũ militũ presidio qui in gallia cisalpina per id tempus sub Raimundo buillo regis duce militabãt: per quã oportune custodiri possent: tum magistratus: tum iudicia: tum erarium: tũ introitus omnis penes ipsum regi resignaturum: sibi dũtaxat arcem Iouis et papie in aduentum regis reseruaturum: et has quoq̃ presenti alfonso traditurũ: nihil omnino sibi adueniente rege: nisi papie reditus retenturũ. Hec cum puccio maiora esse q̃ ut in presens per se transigi possent uiderentur: ex philippi quoq̃ sententia ad regem magnis itineribus contendisse: regiq̃ omnia ut gesta erãt denarrasse. Regẽ primo rei nouitate admiratum indoluisse philippi vices: quẽ honoris grã prẽz appellare consuessz: qñ quidẽ illũ venetorũ armis oppssũz ita de regno suo istituisse arbitraret̃. Deinde ipsi lodouico rñdisse: et si philippi regnũ atq̃ fortuna amplissime et locupletissime sunt: non se quidẽ ambitiõis: sed gratitudinis cã illi auxiliũ prestare paratum eẽ: scire se oĩa sua et uitam ipsaz philippo deberi: sibi itaq̃ philippus hẽret et ciuitates ⁊ bona sua: Se quidẽ opĩone celeriꝰ ex tiburi mediolanũ cũ exercitu ultro aduolaturũ: iussisse tandẽ ut puccius q̃ celerrime rediret: philippũq̃ ad bonã spẽ sui aduẽtus exhortaret̃. Interim forti ac constanti animo illũ eẽ oportere: ac cogitare potius quomõ venetorum bona distribuat: q̃ quomodo sua ipsius aliis largiatur. Sed quoniã sciret philippũ natura suspiciosum eẽ: mandatis adiecisse uti per omnia tandem

philippo consentiret: proqꝫ illius voluntate omnia et dice ret et faceret. Si quidem mox presentem quicquid egisset in melius non sine philippi laude et letitia recorrecturuꝫ. Et hec quidē a duobus prudētissimis principibus parabā tur. Uerum ego compertum atqꝫ exploratum habeo cum reliquis fere omnibus cuꝫ vel maxime principibus moraꝝ futuraruꝫ adeo prorsus ademptū arbitrium. Spesqꝫ et co gitationes mortalium vanas esse. Dum enim Lodouicus ꝑmissus accelerat: rexqꝫ ipse ꝓficisci parabat. Philippus mortem obijt: Alfonso herede instituto. Quo nuntio icre dibili quidem dolore rex alioquin excellenti animo consternatus ē ꝙ videlicet gratitudinis: liberalitatis ac virtutis materiam sibi pereptam in philippi benefactoris interitu sentiret.

Sapienter.

Cum audisset rex me coniugem esse ductūrū: primo im probrauit arbitratus de cetero litteris simul et vxori me operam dare non posse: ac proinde vera solidaqꝫ litterarū voluptate carituꝝ. Sed cum mox audisset me Lauram ar celiam virginem probam: nobilem ac famosam duxisse: ap probauit litteraꝝ comoda et honesti coniugij suauitateꝫ in equo ponens.

Facete.

Alfonsum cuꝫ quereretur ab eo quare podagrici loqua ciores essent: ita iocatum accepimus. Podagricos peduꝫ vitio afflictos ambulare non posse. Jdeo lingua uelud am bulatione quadam eos crebrius uti solere. Ad hoc nō ille pide adiectum Ennium cum podagraretur tum bene et co piose poetari consuesse.

Moderate. Clementer.

In obsidione scaphati centurionez ac milites qui opido presidio erant: non solum omnis generis tela: sz uerba etiam petulētissima atqꝫ obscenissima in regem et in Joannez principem tarentinum ac petrum infantem regis fratrez: qui aderant iactitasse satis constat. Capto autem opido cū ipsi principes atqꝫ infans ab ira ex conuitijs stimulati eos omnes in furcā tollendos eē contenderent. Regem cōtra omnes pro sua consuetudine missos fecisse simul: et suoruz indignatiūculam ita leuisse. In huiuscemōi iniurijs nūquid dicatur: sed a quo dicatur in primis animaduertenduz eē. Spurci uiuant: spurce loquantur: spurce ut libet se neq̄q̄z ob aliorum maledicta a sua natura et moderatione recessurum eē. Ad hec uictoriam fortune munus eē: clementiam sui ipsius qui clemens esset. Debere itaqꝫ vnūquēqꝫ malle ex clementia q̄z ex uictoria laudem adipisci: deniqꝫ exptuz loqui nihil magis aduersariorum animos flectere et conciliare solitum esse: q̄z placabilitatis et māsuetudinis nomē.

Magnanime. Juste.

Rex lodouico podio renūntianti esse quendam in uenetorum naualibus qui illa vna cum armamētario quod in his erat exurere polliceretur: si sibi duo milia aureoruz ab rege promitterentur: conatus et illius facile cessuros affirmanti ita rescripsit. Alio ipsius curam intendendum esse. Etenim sibi non quidem insidijs uti sepius a se accepisset: sed aut uirtute uincendum eē: aut vnq̄z profecto uincēdū. Ex hac enim re non alias sibi laudez sperandā esse q̄z eius qui diane ephesie templum incendisset. Cuius nomen toti

e



us asse decreto ex hominu memoria oblitteratu traderet.

Grauiter.

Bona illa que hñtibus mala et pnitiosa aliquando esse possent: nõ mõ bona nõ esse: sed ne dicẽda quidẽ bona rex extistimabat. Boni. n. ppetuitatis non momẽti animi nõ fortune: celi deniq3 non mundi huius nomen esse.

Pie. Humaniter.

Erat Alfonsus apud Juliani tẽplum iuxta neapoli3: cũ ex ꝓlio relatum militẽ letaliter gula transfixum circa se collocari iussit: suoq3 ipsius sudariolo vulnus obturari. Cum vo nullam spem vite superesse animaduerteret moribũdũ ad spẽ beate et immortalitatis uite uehemẽter hortatus ẽ: mortuum sepeliri quoq3 diligẽtissime curauit.

Clementer. Liberaliter.

Victo captoq3 ab rege antonio candola oppido carpinone: ubi et vxor ꝛ filij et fortune omnes antonij essent: in potestatẽ redacto omnes in libertatẽ pro suo more incolumes restituit. thesauros uxori dedit sibi ex preciosa et diffamata suppellectile nihil oio nisi uitreũ poculum assumẽs

Grauiter.

Fenus nihil aliud sibi uideri q3 anime funus dicebat.

Animose.

Renatus dux cū p feciale ferream chirothecam idest p̄lij signū detulisset Alfonso: alacriter illam accepisse palam ē. moxq3 feciale interrogasse: num in singulare certamē an in vniuersum exercitū prouocaret. quoniam ipe utrūlibet accepisset. rn̄dente uero feciale. non in singulare. sed in vniuersum certamē a renato prouocari. cōfestim pugne locus et tp̄s iure belli statuisse accessisse: ac ne quicq̄3 expectasse.

Clementer.

Alfōsi vo moderationē. clemētiam: liberalitatē. cum in alios, ppe inumerabiles. tū in marinū boffa3 suū infensissimū hostē quis digne satis vnq̄3 enarrauerit. Qui erpario oppido et i eo sil' marino ipso vi capto cū vniuersus ferme exercitus i marini necē cōiurasset. vnus alfonsus ip̄m a militū furore atq3 iniuria, p̄hibuit. quē postea et in bona restituit. et in senatorū numero collocauit. eius ēt filijs inter auilicos quos familiarissime diligebat admissis.

Pie. Fortiter.

Cū classis philippi ducis aduētare i auxiliū caietanoru3 cerneretur. essetq3 de impatore regie classis eligendo non parua dissensio. siquidē Joānes nauarie rex. et hēricus infans vtriq3 regis fratres. id, p se quisq3 appetere uidebat̄ Alfonsus ne alteri curam et imperiū classis demandando alterū offenderet. statuit ipse classem cōcēdere. pacē et concordiam fratrum pluris faciens q̄3 periculu3 quod castris iminere uidebatur. id quod accidit. si castra ipse relinqueret. Sed et illud mox in eo prelio memorabile extitit.

Q̃ cũm uicto regi conditiones afferentur nõ prius illas receperit q̃ꝫ sociorum uitas cum hostibus pactus esset: nullam omnino uite aut salutis sue mentionem faciens: p̃ clarissime secum agi existimans: si sua ipsius morte reliqui: uel a morte seruarentur: uel a captiuitate redimerentur.

Auctoritas.

Captum uero regem dum ad philippum perduceretur liberi auctoritaté maiestatemq̃ perpetuo seruasse aiunt: ut interdum uictoribus ipsis non uictus: sed uictor potius appareret. Nautis enim qui eum conducerent ac nauis p̃fecto que cuperet quotidie mandasse: mãdata illos obseq̃nter ac reuerẽter executos esse. Propterea haud quideꝫ temere dixisse nonnullos in omni fortuna Alfonsum et uideri et existimari merito regem.

Audacter.

Cum beneuentane arcis prefectus de arcis deditiõe suspensus: dubiusq̃ adhuc eẽt alfonsum re cognita statim beneuentum aduenisse accepimus: Atq̃ in arcem ubi ualidũ inerat presidium transmisso ponte introisse: obstupefactuꝫ uero prefectum regis audacia et arcem et se cum presidio ultro dedisse.

Fortiter.

Erat beneuẽti rex. cũq̃ accepisset milites suos ex castello bonalbergo: quo irripuerant expulsos esse: propere accurisse tradunt: scalasq̃ suis manibus app̃hensas in fossã opidi deuoluisse: equitibus equo ðsilire iussis et scalis ascẽ

dere: quo facto receptum oppidū et directum esse.

Pie. Fortiter.

In obsidione neapolitana cum audisset petrum fratrem quē propter singulares anime et corporis dotes supra fraternum affectum diligebat saxo tormētorio ictum occubuisse: ut uiseret maturauit. Exanimem multis: piisq; lachrimis osculatus: mox in arcē quā oui uocāt: tantisper efferē dum curauit: donec iusta apparatu regio qđ postea fecit persoluere liceret. Dein ad exercitum, reuersus iā petri interitu uehemētissime cōsternatum: forti admodū orōne illum erexit ac cōfirmauit. Rursus ad amicos et petri sotios absentes cōsolatorias epistolas scripsit: q̄s qui legit quez philosophum nō contēnat: vno itaq; et eodem tpe piissimi fratris et fortissimi imperatoris munus obiisse satis constat.

Religiose. Fortiter. Liberaliter.

Scimus Alfonsum hortatu ac p̄cibus eugenii pōtificis expeditionē picene regiōis: q̄ a frācisco sfortia potētissimo ac prestātissimo copiarum ductore teneret̄ instituisse: atq; inde tandem dei optimi maximi benignitate sfortiā ipsum expulisse. Cūq; et vna et item altera vrbs e receptis ob gratitudinē ultro a pōtifice offerrētur regi: illas ingenti aio repudiasse. nō se quidē q̄stus: sed dei et ecclie gratia expeditionē illam suscepisse dicentem.

Fortiter. Humaniter.

Stabat in ripa vulturni fluminis rex quo traiicieti exer

cisu adiumento esset. cu3 equiti cuidaз butardo nomine ex acie Rodolfi perusini aque vi ptracto ac prope absorpto vti ope3 ferrent inclamauit. Cũ uero neminẽ suppetias fer re intueret: ipsemet cõcitato equo in rapidissimum flumen opis ferẽde gratia se cõiecit. Quẽ subsecutus cu3 eẽt Hin nicus giuara ipsum butardũ semianimem retulere: appen sumq3 in pedes plurimã aquã euomere subegere: quẽ igne refocillatum extersũqꝫ et ipius regis vestibus amictũ uiui ficatum deniqꝫ aiunt: Aragoniã aragoniã exclamasse.

Fortiter.

Captus rex adductusqꝫ ad aenariam insulam monitus: iussusqꝫ ẽ per internuntiũ genuẽsium classis pfecti uti insu lam in ptãtem genuẽsis populi dedi protinus curaret. Cui rex p eundẽ internuntiũ rñdit: fateri se quide3 corpore cap tum eẽ: aio uero si qñ alias liberum se nec mandaturu3 ta le aliquid popularibus suis: nec si mandaret illos captiui regis mãdata facturos. Quabret sibi e regnis suis ne saxũ quidẽ sine armis optineri posse. Admiratu3 pfectum aiũt regis animũ atqꝫ cõstantiã: seqꝫ prolixioribus uerbis pur gasse apud regem culpa õi in internuntium ipm reiecta.

Fortiter. Abstinenter.

Jacobo candole summa ope et diligentia transmittere vulturnum amnem annitẽti ẽt magna exercitus parte tra iecta: rex obuiã factus retrocedere eũ subegit: magna eius militũ parte in fluuium pcipitata: magna ẽt capta. Reliq̃ in marronem oppidum p fugam cõiecta. Quo peracto re gẽ eo loci cum exercitu sine tẽtorijs: sine comeatu aliquo:

si quidē ex insperato aduenerat: pernoctare oportuit. Ea nocte satis constat equis totā diem defatigatis tantum silices pabulū fuisse exercitum sub diuo ieiunium pmansisse. Cūq3 et Ioānes bixaritanus alfonsi studiosus raphanum vnum et itē panē vnum cū dimideo caseoli balearici regi misisset recusauit: nō decere inquiens imperatorem ieiuno exercitu mādere.

Constanter.

Captus et asseruatus rex a philippo illo inclito mediolanēsium duce. Cum audisset φ statim mittēdus et liberandus eēt: renūtiauit philippo q̄s pro libertate sua leges dicturus eēt: si q̄s mō dicturus ess3: nullas oio se recusaturū: pterq̄3 si ab expeditiōe regni neapolitani desistere eū iuberet. Malle sequidē in carcere uitā dēgere q̄3 ab huiuscemodi incepto dimoueri: tū ut constantiā in re semel suscepta seruaret: tum uel maxime ne suarū ptiū regulos et pceres qui secum captiui essent deseruisse argueretur.

Benigne.

Dimissus a philippo rex cum se in portum ueneris recepisset: accepit genuam vrbem a philippo desciuisse: ibiq3 plurimos hispanie proceres detineri: in quibus et Ioānē nauarie regem captum carcere asseruari. Quod cum accidisset nonnulli genuēses viri patritij qui in portu veneris agebant apud regem credidere: et se uicissim capi et asseruari debere in regiorum commutationem. Ceteru3 Alfonso mos fuit: ut qui apud se diuersarentur: quāuis inimici & aduersarij: hi tamen tuti semper et incolumes essent. Hos igitur omnes ad vnum missos fecit.

Fortiter.

Posteaq̃ a philippo genuẽses desciuerunt in alfonsuz qui in portu ueneris adhuc esset: nullo presidio nisi admodum paucis regijs equitibus munitus: quiq; et annone & inopia tentaretur expeditioné eos destinasse aiunt. Quod cum rex accepisset ex arce in oppidũ cõfestim descendisse: paratum vna cum paucis his socijs a genuẽsium conatu vrbé obstinatissime defendere. Appulsa interim oneraria regis naui cũ comeatu genuẽses a proposito destitisse.

Patienter.

Deuenerat rex p̃cedens exercitum ad furcas pelignas vbi pauce admodum case erant: atq; he quidé occupate: e quoq; descendens in propinquiorem mansionem ingressus est cum puccio vna: atq; ibi offenderunt prope ignem considẽtes milites gregarios duos: ex Caroli campobassi cohorte: inique admodũ ferentes aduentuz noui hospitis qué regem eẽ ignorarent. Ideoq; conuitijs compellationibusq; probrosis iactare eum cepisse q̃ in alienam domuz ingredi ausus esset: nisi se inde proriperet titiones illos in eum contorturos minitantes. Rex risu prope dirumpi puccius stomachari: qui nisi rex ꝓhibuisset: cuz illis haud dubie manus contulisset: cognito tandé rege non soluz ueniam iniuriarum exorauere: sed regij prandiculi haud expertes abiere. Et sane nemo vnq̃ fuit cui aut celerius iniurie exciderent; aut firmius beneficia hererent.

Humaniter. Pie. Fortiter.

Alfonsus rex cum accepisset Joannem patriarcham il

lum omnium bipedum nequissimum: ingenti cum exercitu salerni esse: contra eum iter intendit: atq3 in itinere p diffi ciles et confragosos tractus sanseuerinios cum Paulum theotonicum obuiam habuisset vnum ex ducibus patriar che illum cu3 exercitu fudit cepitq3: Qua clade perculsus patriarcha ab rege indutias belli supplex et petijt z impe trauit. Post hec cum Jacobo caldoria reconciliata amici tia coniunxit exercitum: atq3 immemor federis et iusiurã di: aduersus rege3 nihil tale suspicantem: duplicato exer citu magnis continuisq3 itineribus contendit. Erat rex in vico iuliano rem diuinam solenniter ac deuotissime de suo more rituq3 faciens: siquidem natalis domini dies celebra batur: cum ambos duces: ambos exercitus haud procul adesse nunciatur regi. Ille uero rei diuine cultum glorie ac uite preponẽs: nõ prius q̃3 peractis sacrificijs capere arma milites iubet: et iam prelium initum erat. Certabant illi numero longe superiores: regij uero uirtute p̃stantiores: sed dei optimi atq3 iustissimi auxilio regij ipsi adiuti plu res ex hostibus equos: militesq3 cepisse q̃3 sarcinas amisis se memorantur. Rex capuam se recepit patriarcha3 appu los recessit: ubi relicto proditoq3 a se duce exercitu p ma re adriaticum nauicula trepidus effugit.

Alfonsus ad filium.

Ferdinandum filium in expeditionem florentina3 accin ctum in hunc pene modum rex allocutus fertur: Ego fer dinande fili cum florentinorum iniurias ferre ulterius ne queam: statui te quem uita cariore3 habeo contra eos cũ imperio atq3 exercitu mittere: ut deo beneiuuante et tua et tuorum militum uirtute iniuriam omnẽ propulsemus.

Palamq faciamus tandē illos cum hostibus nostris p
peram et inique fedus fecisse. Neq ob hoc tamē sue reipu.
utiliter aut honeste satis consuluisse. Igitur abeunti tibi
rem quam uelut preciosissimam mihi seposuerā: et tibi glo
riosissimam futurā si ea vti scieris: trado: commilitones
meos ueteranos ferme omnes mltis maximisq experimē
tis inspectos: quorum opere et uirtute uictorias omnis z
triumphos ad hoc tempus assecutus sum: quibus tandez
sotijs et adiutoribus expeditionem neapolitanam confeci
mus: atq adeo magnam italie partem ditioni nostre: ut
vides adiecimus. Hos igitur in primis ita tibi cōmissos
facio: vt ne magis quicq̄z possim ex animo tibi committe
re non uitam quidem ipsam: quos cum intellexero a te dili
gi et obseruari nihil ambigam: et tibi quoq meam glori
am cordi esse. Sed et caue eos temere periculis obijcias:
non sunt quorum opera aut animus tibi ī re gerenda requi
rendus sit: repellendi tibi potius erunt q̄z impellendi. Ic
circo ad eos casus tales tibi uiros reserua: si quādo digni
tatem aut nomen tuum in discrimine necessitas uocabit.
Et iam spero fore ut ipsorum meritis et hortatu meo ca
rissimos habeas: atq ita tractes: vt non imperatorez sed
personam sibi mutasse videantur. Nunc quod maxime te
moneo fili carissime illud est: ne tantum aut tue aut commi
litonum audacie tribuas: vt putes absq deorum auxilio
uictoriam ullam haberi posse: victoria mihi crede non ho
minum disciplinis aut industria comparatur: sed dei maxi
mi optimi benignitate et arbitrio. Scientia itaq rei mi
litaris ita demum profutura est: si deum nobis pietate
innocentia pacatum propitiumq habuerimus. Deum igi

tur in primis cole: in eum confide: a quo cum victorias omnis. tum optima queque provenire dubio procul est. Quem si quando tibi iratum suspicaberis caue contẽdas: immo quicquid ab eo tibi accidisse uideatur: boni consu le: et patientia: et penitentia eum placa: et tibi beniuolum redde. Sane quos deus amat: corripit: et affligit: sed si afflictos interim indolentes ac sui metuentes videt: eos postea recreat: reficit: fecundat. Preterea decus et exi stimationem tui tibi plurimum commendatam optarim: vt qua nihil in hac vita tibi carius aut preclarius esse aut videri debeat. Pluris enim dignitas et fama q̃ȝ victo ria estimanda est. Victoria enim nonnunquaȝ fama ma gis q̃ȝ viribus acquiritur. Rursus uictoria alterna res est: at fama que ex uirtute ac probitate proficiscitur: si cuti ipsa uirtus constans atq perpetua est: queq glori am nobis veram ac solidam accommodare soleat. Ho nestatem itaque amplectere sine qua neque summo illi uic toriarum datori grati esse possumus: neque inter homi nes uiui auctoritatem neq mortui nomen diuturnum adi pisci. Dein te fili etiam atque etiam hortor: ac moneo: vt venetorum rempublicam haud secus q̃ȝ meum statum percaram habeas: proqȝ ea seruanda et augenda: neque tibi ipse: neque fortunis meis: neq exercitui parcas ve lim. Eo quidem animo cum his societatem: fedus semel inij: ut quoad viuam eos ne momento quidem destituam: quippe quos inter amicos caros carissimos atq amantis simos habeam. Ad hec uero peragenda ne te commoueat hortor: aut pecuniarũ aut alterius cuiusuis rei indigẽtia.

Nam tibi nō pecūnia mō: sed milites: equi: arma: tormenta affatim subministrabuntur. Quin uel vnū assem tecum ipse diuiduum semp hiturus sum: et generatim tunc tibi cū mihi ipse defuturus sum: ut intelligas nihil tibi ad hanc expeditionē: si mō tibi ipse nō defueris: p alios defuisse. Postremo te monitum uolo: siqui ex hostibus tue fidei sese pmiserint: ut illos benigne suscipias. Siqui ēt obstinatis animis usq3 ad extremā expugnationē persiterint: eos cū ceperis tue potius mãsuetudinis q̄3 illoru3 pertinacie memineris: nec minus progeniē nostrā ab oī crudelitate ac seuitia longe semp alienam extitisse.

Pie. Humaniter. Fortiter.

Alfonso regi mos fuit familiares quos ipse alūnos appellabat: uisitare egrotantes atq3 illos cū ad corporis ualitudinem: tum multomagis ad aīe salutē exhortari. Quō cum sepe alias tum nuper accidit in aduersa ualitudine gabrielis surrentini suauissimi ac splēdidissimi adolescentis. Nam cu3 grauiter is iaceret: rex pro sua consuetudine illū adiens huiuscemodi fere sermonē est orsus ut uales mi gabriel. Medici quidē te extra periculū mortis eē affirmāt: si mō illis obediēter audias. Quō ut facias te hortor: atq3 etiā rogo: ne secus faciendo ipse tue mortis cā fuisse infameris. Et in medicis quidem haud paruum presidium uite ē: uerum in deo multo maius ac certius. Is enim non uite modo sed mortis etiam sanitas et salus est. Illum ergo in primis ante oculos habeas: illi tota cogitatione adhereas: qui te fecit: qui te a morte moriens redemit: qui te iudicaturus est: illum si quando offendisti: nunc contritione: oratione: confessione: et sacris misterijs tibi places:

ac propitium reddas. Hec cū feceris et facies: scio et quidē deuotissime: si bñ pietatē ac cōstantiam tuā noui. Hec inq̄3 cū feceris illius te postea uoluntati ac misericordie leto et forti animo pmittas. Solus. n. quid nobis profuturū: ꝯ quid nociturū sit pnoscit: nec te timor aut opio potius mortis offendat. Mors quidē bñ pureq3 morientibus uita ē: hinc et dissolui cupiunt: qui bñ uixerunt: et esse cum xp̄o: ut beneacte uite pmium cōsequātur lumē eternum: et pfecto mors uite principiū ē: atq3 eius uite q̄ neq3 doloribus neq3 metu: neq3 inuidie: neq3 erūnis ullis subiecta est: neq3 ip̄i quoq3 morti quicq̄3 obnoxia. Et si altius aliquanto repetamus: inueniemus mortē nihil aliud esse q̄3 peccādi finē. Nā cū adā ꝯ mādatum dei in flagitiū lapsus esset: ne uiuēdo culpa reuiuisceret: et i peccato psisteret: eius corpus e terra factū3 terre deus reddidit: nō ut creature quā fecerat: sed ut peccato qd̄ creatura ip̄a cōmiserat: finē iponeret. Deus igitur principiū et finis: cū is vult nascimur: cū vult ēt morimur. Et sunt hec quidē3 prorsus diuinitatis eius: nihil ad nos pertinentia. Illud vo tantūmō nr̄o reliquit arbitrio: ut bene recteq3 uiuēdo bonū3 nanciscere mur finē. Hoc itaq3 qd̄ vnū3 nostrū ē: idest ut in xp̄o dn̄o moriamur: summa ope adniti debemus: q3 qui faciūt: nō plane moriunt: sed trāseunt a corruptiōe ad incorruptionē: a mortalitate ad immortalitatē: a pturbationibus ad trāquilitatē. Nō absurde fortassis quidā existimarūt mortē nō mō malū nō eē: s3 bonorū oīu3 maximū. verū. n. vo quoniā neq3 euocatiōis diē neq3 horā nobis scire datū ē: p quā salutare fuerit: nos pparatos eē: cum deo sentiētes: et mādatis eius obsequētes: nec diē differre tutum eē: sed insipienter factū potius existimare. Plerosq3. n. uidimus summa corporis icolumitate uiribus itegris nihil tale me

tuentes morte repente interceptos. Contra nonullos usq3 ad medicorum desperationé redactos conualuisse. Ego qui dé in presentia: ut uides: sanus integer et ualidus su3: adde et tot tantorumq3 rex regnorū. opibus. potētia. existima tione: fortassis non in postremis. Sed nunquid hec mihi profutura quicq3 intelligam ad horā mortis dignoscendā. aut si intelligam puté me uel temporis momento illi resiste re. aut repugnare posse. minime. Cum hec igitur omnia in dei tantum potestate sint. nihil nobis reliqum uidetur: nisi vt cum deo bene sentiētes eius preceptis ut diximus. cum in omni uita. tum in vite termino maxime obediamus. S3 quoniā te uerbis meis alacriorem aliquanto factum intue or. pergam te monere. et his quidem monitis quibus hec breuis hora. non modo sine metu. sed cum gaudio quoq3 trāsigenda videat̄. credimus firme omnes. q̄ deus hoīem fecerit ad imaginé et similitudiné sui. nec cum fecerit credi mus corpus fecisse sui simile. sed inflasse sibi spiritum: idest animā ad similitudiné sui: id cum ita sit. Quid nobis felici us potest accidere q̄3 dimittere luteum corpus: vitiorum sarcinā: et ad eum euolantes redire: qui nos non dedigna tus est ad similitudinem sui facere: quo spiritus noster ipsi us spiritu repletus diuinitatis p̄ticeps: et felicitatis eius agat: euum perpetuo inter angelos et sanctorum choros. Et quonia3 nos similes sui fecit: vt simile appetat: sui simi le oportebit lege nature: natura ergo rapimur ad fruitio nem dei: ad quam tamen ne id refugias: nisi morte migran dum est nemini. O ineffabilé dei benignitaté dedit his qui credunt in nomine eius: vel dei filios fieri posse: et adhuc veremur mori: atq3 id statim facere q̄ȯ velimus nolumus q̄nq3 facturi sumus. Sane nisi deus id exp̄sse vetuisset nō expectāda sed cōsciscéda nobis mors eēt: quo citius anima

nostra pueniret ad patrē rerum omnium et factorē et dn̄z: quo simplicitatem :puritatē:eternitatē:atqz vt ita dixeriz deitatem recognosceret et recuparet suā in cōtemplatione rerum celestiuz et cōsortitiōe sanctoꝝ. Quid nos itaqz nō dicā amplius mors:sed cogitatio mortis deterreat : a qua momēto tpis absoluimur:et in q̄ aut nullus ē sensus : aut certe breuis quidam afflatus:vt qđ oibus prorsus subeundum ē iter nobis vnis:haud esse subeundum arbitremur: adeo ne stulti atqz demētes ut nobis naturam: nō nature nos parere ōbere cogitemus. At ego uiridior e vita exeo in flore etatis. Quid refert obsecro:q̄z cito quis exeat. si semel exeunduz ē. Nunq̄z ne aiaduertisti ꝙ quo magis crescimus:eo magis decrescit vita: Quaq̄z p immortalez deum:quid in hac vita pōt eē diu. Cum ipa hoiuz ēt longissima uita pbreuis sit:et puncti instar iudicāda:si cum eternitate eā cōferas:vt nō temere fortassis credēdum uideat: non ex iternallo:sed vna eadēqz hora hoies nasci:et mori oēs. Ceteruz mihi is demū viuere uidet̄:et in etate adhuc impfecta uitam pfectam ducere:qui vsqz ad sapientiam.id est usqz ad cognitionē dei vixit:qui conscia sua fretus mortis fidutiā pre se ferens:leto atqz hylari aio obeat aut abeat potius. Et si vis ēt dinumerentur anni:et seruet̄ ordo ut libet:quid tibi paucorū annorū accessio boni potuisset afferre:aut quid nō mali potius:tibi summa nūc tui pricipis gr̄a:tibi fratres et parentes incolumes:tibi patrie ipsius tue et haud paruus p̄terea dn̄atus:tibi facultates ꝛ copie nō mediocres:sed horū pleraqz fortune temeritate regun tur. Certe que nobis pro gratia inuidiam et maliuolētiam subegerit:ꝓ sanitate morbos et egritudines:pro dominatu seruitutē et exilium:pro effluētia et diuitijs pauptatē et inopiam.pro bona etate tedium atqz odiuz hi nimirum hi

fructus sunt quos presens uita accerbissimos exornare cō sueuit: quos euitare et morte precedere sapiens uir: si lice at: debet: et tunc secum bene feliciterq₃ actum esse existima re. Si cum hec fucata et fallacia bona sibi arreserint: ea de serant. Nec uero te ulla de parētibus aut fratribus quos relicturus fortassis es subeat solicitudo. Eos quidez mihi cordi idiamq₃ esse et fore scias: non minus sane: ne quid ar dentius dicam q̄₃ te ipsum: in cuius recordationē marinuz fratrem et ipm preclare spei adolescētulum in tuos hono res: in tuas fortunas: et fortunaruz spem potius assumo. Tu uale eternuz: et si mandatis meis impigre semper ob temperasti: nunc si a deo optimo maximo: ac reguz rege ti bi uite exitus denuntiari uideat̄: letus agensq₃ gratias pa ra et obtempera. Hac orōne confirmatus et erectus ado lescens paulopost hilariter et cum dei mira cognitione mi grauit. Rex illi inferias magnifice persoluit; et sepulchro huiusmodi distichon exculpi mandauit.

Epitaphium.

Qui fuit Alfonsi quondā pars maxima regis.
Gabriel hac modica nunc tumulatur humo.

Explicit tertius liber. Incipit quartus. Prologus

c Onsueuerunt träsmarine provincie sua q̄que Rome Italieq̃ sufficere. Sicilia insularū cele berrima frumētum zucharūq̃. Sardinia co ria ac caseū: vinuz Corsica: Ebusus salē: atq̃ alie alia: sola hispania rome atq̃ italie impe ratores ac reges dare solita ē. At q̄les imperatores: aut q̄ les reges: Traianū: Adrianū: Theodosiuz: Archadiuz: Honoriū: Theodosiū alterū. Postremo Alfonsum virtu tum oīum viuā imaginē: qui cum sup̄ioribus his nullo lau dationis genere inferior extet: tū maxime religiōe: idest v̄a illa sapiētia: q̄ potissimū a brutis aīalibus distinguimur: lō ge sup̄ior ē atq̃ celebrior. Christū etenim uerū et singularez deū sibi colendū vnice delegit: sanctissima oīa eius manda ta ac p̄cepta custodiēs: neq̃ remorant̄ eum perardua: ut sunt reguz negotia quin quotidie diluculo surgēs orōnes q̄s vulgo horas uocāt in interiore sacello genu flexus cuz gemitu ac suspirio ad deū ip̄z effundat: inde in tēplum p̄di ens iā die lucescēte q̄ternas missas. Sic.n.christiani miste ria uocam⁹ admirāda deuotione quotidie auditq̃z et uidet. Ieiunia oīa nobis indicta inuiolabiliter obseruat: Marie virginis vigilias et q̄ septē gaudia appellant: aq̄ dūtaxat et pane solo traducit: nōnunq̄z ne pane quid aut aq̄ libata: veneris p̄terea ac sabati quaq̃ die in xp̄i saluatoris ac vir ginis m̄ris reuerentiā ieiunio affligit̄. Cūq̄z sit ip̄e in uesti tu ceteroq̄z cultu corporis moderatior: in excolendis tū̄ exornādisq̄z sacerdotibus atq̄z aris oēs oīuz qui vnq̄z fu erint aut sunt elegātias aut cultus excedit: auro: gemmis: margaritis: vnionibus: toreumatis immēsi p̄cij oīa collu cent ac micāt. Qui v̄o musica in tota europa insignes ha bent̄: ingenti mercede arcessunt̄: quotidieq̄z in tēpli choro dei ac scōrum laudes diuinaq̄z officia cōcinentes audiunt̄: lenta et hūtia corda: siqua adsunt: ad dei amorē excitantes

excitata iā accedētes et inflāmātes. Uerū enimuero vt eo reuertar vñ digressus sum. Magna quidē viris hispania ē. adde ēt soli fertilitate aeris salubritate pclaris vrbibꝰ me tallis ē ꝛ admirādis rebus merito illustris. Sz illius pace dixerī nō alfōsus ab hispania laude cēsendus ē: sz hispania potius ab Alfōso. Cuius glie et admiratiōi ne hoc quidez obstiterit ꝙ nr̄o seculo natus ē. Senescēt quidē et hec au reiqz seculi reliquias extitisse posteritas eo maxime dicet ꝛ affirmabit. si ad dignitatē rerū qd̄ fore vaticinor accesserit aliqñ testis locuples orō: verū hec hactenus.

Religiose.

Igit Alfonsi religiōis admonitus illud aditiā ꝙ singu lis ānis p q̄dragesima pie et rligiose facere cōsueuerit. Die quidē dnice cene ad vesperū linteo pcinctus. lx. paupibus mēdicis sordētibus humilime ac submisse suis manibus pe des lauat: lotos atqꝫ extersos, pnus deosculat. Post hec discubētibus illis ppinat ac ministrat: cenatos vō oēs di mittit cū pecunia et vestibus nouis. Hac ō re cū aliqñ re citarent lr̄e in venetorū senatu: aderā ego quidē regis lega tus nōnullos e pr̄ibus vidi pietate pūctos a lachrimis mi nime tēperasse.

Liberaliter.

Cuz a q̄store regi deferent aureuz. x. milia: dixissetqꝫ quī forte aderat ea dumtaxat summa se diuitē et beatuz fore: accipe rex inquit q̄ntacunqꝫ ea est: et beatus esto.

Magnifice. Liberaliter.

Liberalitatis vō ac magnificētie Alfōsi tam multa sane documēta extāt: q̄z multi pene dixerī hoies sūt vtute ali

qua aut doctrina aut dignitate p̄clari. Oēs.n.comiter et plaute eū3 accipe solitū scimus et lautitiā et impēia3 regio more p̄stare: vidi ego et eodē tpe duces illustrissimos car dinales summi pōtificis legatos inumerabiles: oratores Alfōsū3 accepisse: neminē q3 passu3 nisi regia pecunia victi tare abeuntes oīs p̄ciosissimis donis ac muneribus prose cutum.

Magnifice.

Unum vo illud liberalitatis ac magnificētie exēplu3 vt p̄cipue afferremus i mediū dictu nimi℞ admiratuq3 dignis simū. Nā cum audiret Federicu3 impatorē ad se uisendi z salutādi grā neapolim accedere: multa secum milia boium ducentē cōtinuo illi obuiā misit lectissimos oratores: anti stites: principes: duces: comites: viros uenerabiles et illu stres qui illum quanta maxima possent humanitate et lar gitate susciperent. Processerunt hi usq3 in a3rum priuer natem: deduxeruntq3 imperatorem magna cum pompa ac festiuitate taracinam. Ibiq3 primo claues regni neapo litani cum iurisditione plenoq3 imperio detulerunt. Dein prolixam orationem de aduentu ac laudibus eius habue re. Ego orationem communi oratoru3 nomine dixi. Nae ram quidē ego ex oratoribus vnus: q̄3 postea qualēcunq3 collega℞ hoꝝ tatu scriptā reliqui. Acceptus ē p lauto rega li apparatu cū uniuerso comitatu. In quis helionora augu sta aderat: et albertus cesaris frater: z cōplures ex germa nia reguli ac p̄ceres. Sequēti die cū taracina decederet a ferdināndo regis filio miro cum splendissimorum equitum comitantium applausu receptus est. Perq3 medias ciuita tes sub vmbella magna ciuium gratulatione ac prope tri umphantiū more usq3 in campū stellatē perductus iter profusissimos ac pene cōtinuos ob sonio℞ apparatus: ubi

ab rege ipso acceptus ẽ cum oibus vna regni regulis proce
ribusq hilaritate letitiaq icredibili. Deductusq ad regis
dextrã sub pallio vmbellari capuã: inde ppetua põpa nea
polim: ibi p oĩa theatra aut mavis sessiones: ubi pulcherri
me hõestissimeq ciuitatis puelle auratis sericis coccineisq
uestibus exculte cãtantes corizãtes: plaudentes: transeun
tem paululũq remorantẽ adorabãt pductus. Sileo hic lu
dos eqstres ac christianos. Omitto cõuiuia ac potiones.
Trãseo uenatiões z reliquos ad honorẽ ipsius impatoris
tã magnifice excogitata: qztũ nusq̃z essent aut lecta aut ui
sa: aut audita alĩs. Uerũ illud ptereundũ nõ fuit q tãte hu
ic multitudini nõ solum lautitia z impẽsa ex regio fisco du
os ferme mẽses fuerit opipere pbita Sz quicquid eẽ uesti
tu: quicquid uoluptati usui esset sine pcio prõptissime tradi
tum. Audiui sepius ab regie rõnis scriba vniuersã hãc in
imperatorẽ hospitalitatẽ aureorũ centuz miliũ summã pre
ter ingẽtis precij munera supergressam fuisse.

Juste. Fortiter.

Inter regis pclara facinora illud mea quidem snĩa maxi
mum dinumerabit: q vniuerse italie bello diutissime attri
te pacẽ auctoritate pcurauerit: benignitate cõcesserit: z q
nunq̃z fere antea visũ ẽ vnanimitate firmauerit. Quod pro
inde ego quid magnũ ac prope diuinũ eẽ iudico q pro hac
cõficienda et sua maxima incõmoda et graues quotidiã in
iurias post huisse satis scio.

Juste.

Cum stephanus eques neapolitanus poculo amatorio in
sanisset: teneretq3 et oppida: z nõnulla regia officia: fuerũt
qui ab rege bõa illa postularẽt: qd absurdũ videt a demen

te eiuscemõi bona possideri: Quibus rex ñ sibi in humaniss simũ uideri rñdit: his se et substãtiã auferre: quibus sors mentẽ ac cerebruꝫ abstulisset.

Iuste.

Alfonsi iustitie clarissimũ tibi argum̃tuꝫ sit: ꝙ vniuersum neapolitanũ regnuꝫ ꝙ nunꝙ̃ꝫ antea audituꝫ ẽ latronibus purgatuꝫ uidemus quoquorsum iter agas cũ auro qꝺ aiunt: manu ꝑtenso die noctuꝙ tuto proficisceris: quãuis solus ꝛ inermis.

Facete.

Eos maxime insanire dicebat qui uxorẽ a se digressaꝫ fugitiuãꝙ ꝑquirerẽt.

Grauiter.

Laudare eũ magnopere solebat quicũꝙ fugiẽtibus hostibus argẽteum pontẽ extruendum dixisset.

Constanter.

Ob magnas insperatasꝙ uictorias nunꝙ̃ꝫ oĩo mutatuꝫ alfõsum uidimus: idẽ illi sẽp et in oĩ fortuna vultus idem habitus: sermo idẽ: mãsuetudo benignitas humanitas eadẽ.

Grauiter.

Magnuꝫ quidẽ eẽ dicebat aduersus hostes ducẽ eẽ: sed et illud maximũ ad oẽꝫ uirtutẽ ciuibus ducem eẽ.

Patienter.

Cum quidã in itinere regẽ ꝓcederet: ramulosꝙ arboris

ab eo apphensus in regis oculū qui pxime seqbatur forte di missus incidisset liuescēte ac tumescēte mox oculo cōdolen tibus amicis regē dixisse aiūt: nihil se pfecto dolere nisi p cussoris ipius dolorē ac metum.

Fidenter.

Profligato captoqꝫ antonio cādola renuntiatur regi pe nes illū extare plurimas eplas in caput et statū eius con scriptas. Ere igitur regis eē illas exhibitū ac lectū iri: quo saluti ipius pspici possit sic: et in pditores aiaduerti. Hec rex cū audisset litteras pferri iussit et minime lectas igne comburi.

Iuste.

Cathelanis vero optimū factu fore censentibus si regi adhuc adolescētulo. vij. viri ad gubernādas respub. adiū gerent: qui deū timerēt: iustitiā colerēt: cupiditates tene rēt sub freno donis neqꝫ muneribus tāgerentur Alfonsū lau dasse cōsilium accepimus atqꝫ dixisse. Si huiuscemōi nō di co septē: sꝫ vnū aliquē mihi virꝫ dederitis o amici cōtinuo illi et regimē et regnum ipse cōcessero.

Studiose. Attente.

Ad lectionē vero vsqꝫ adeo regem intētum aliqñ vidi mus: vt neqꝫ tibias sonātes nꝫ saltantium strepitu audire oio videretur.

Grauiter.

Feneratores vtpote labores mortalium depascentes ar pias vocitabat.

Urbane.

Hoies quos vanis sermōibus impleri ac pene discendi intueretur: mō vtres: mō vesicas appellabat.

Studiose benigne.

Memini cum aliqñ messane virgiliū legeremus pueros vel humilime cōditiōis qui mō discēdi aīo accederēt vsq3 in interiorē locum vbi post cenā legebat: edicto regis oēs admissos fuisse exclusis eo loco: ea hora amplissimis atq3 ornatissimis viris: oībus deniq3 qui legēdi cā nō adessent exclusis. Finita uero lectiōe potio hispanie regu3 more regi afferebat: ministrabat rex sua manu preceptori ipi: seu poma seu cōfectiōes zuchareas. Cōdiscipulis vero purpuratoq3 maximi: post āt potationē q̄stio proponebat ut plurimū philosophie. Aderāt quidē semp doctissimi atq3 clarissimi viri. Extēdebat nox suauissimis atq3 honestissimis colluctatiōibus vsq3 ad horā fere septima3. Exinde suam quisq3 domū repetebat letus et regis gr̄e et benignitate plenus.

Juste.

Cum aliquando rex interrogaretur: vtrū ne armis an libris maiorē gratiā deberet. R̄ndit ex libris se arma et armorum iura didicisse.

Grauiter.

Jmprobe agere principes dicebat qui alijs honeste decoreq3 viuēdi legē p̄scriberēt. Jpi vero nihilo temperatiores sese preberent.

Grauiter.

Illud quoq; uti ego arbitror Isocratis dictuz frequẽter usurpabat tanto priuatis hoĩbus reges meliores esse oportere: quãto honoribus ac dignitate antecellerent.

Grauiter.

Perniciosos eos ciues eẽ dicebat qui regum innocẽtia bonitate lenitate abuterent. Pleruq; etenim accidere uti peruersis ciuiuz moribus reges ꝑter suam naturã asperius regnare cogatur. Cõtra eos ꝓbos spectatosq; ciues qui ꝑncipis benignũ et humanuz ĩgeniuz sua ṽtute atq; prudẽtia fouerẽt ill' et augerẽt.

Auctoritas.

Ceterũ repetẽti mihi alfonsi egregia facta illud supra moduz admirabile ac ꝑcipuuz uideri solet: quo nã mõ genuẽses si maritimo ꝓlio euz vicerint: tributũ quotãnis trullã aureã reddunt: nunquid tãta fuerit auctoritas alfõsi vt ẽt victus cõditiones dixerit: an victores victo metu accessserint q̃i victoriã casu nõ virtute se consecutos arbitrati.

Prudenter.

Alfonsuz ṽo cũ is audisset senẽses: q̄ bello italico medij extitissent in neutrã ꝑtium inclinãtes postea sedato bello dimissorũ militũ ꝑdaz eẽ dixisse aiunt senensibus euenisse: q̃d his solet qui mediã domũ incolunt: vt ab inferioribus fumo: a supioribus vero hitantibus vrina vexentur.

Celeriter. Fortiter.

Cum genuēsium .xiiij. maximaꝝ nauium classez illo aduē turaz nuntiarēt regi quo duas eius illas igētissimas i por tu depħēsas cōburerēt cōtinuo excindi e uicinis mōtibus rupes et isesto ꝓfundoqȝ mari ad occursuȝ ueniētiū obijci ꝓcurauit portum ṗterea uastissimis ligneis ferreisqȝ cathe nis circuncludi molē ipāȝ altissimo muro ꝓpugnaculisqȝ muniri litora ꝓpe inumerabilib⁹ iaudite magnitudinis tor mētis: oisqȝ generis telis armisqȝ firmari: atqȝ hec tanta quidē celeritate atqȝ oiuȝ admiratiōe: ut cuȝ mox genuēsi um classis se cōferret cōspectis ꝓpius huiuscemōi nouis in spiratisqȝ munimentis redeundi consilium probauerit abi veritqȝ.

Fortiter.

Classis genuēsium quaȝ demiratam Alfonsi munimēta abijsse diximus apud pontiaȝ insulam se cōtinuit: ibiqȝ tri remiuȝ classē quibus aucta neapolim rediret e genua expe ctabat. Cuiqȝ et aduenisse iaȝ ⁊ neapoliȝ maturaturas rex accepisset suas: et ipe triremes obuiaȝ misit repperit: fuga uit; cepit; cōbussit.

Humaniter.

Cum audisset Joannē suauissimum fratrē meuȝ iuuenē excellētis ac eximie uirtutis mortē obijsse: nō solum ſmōe sed cōsolatoris ad me litteris dolorem animi testatus est.

Grauiter.

Alfonsus cū interrogaretᷣ q̄ res reges ac priuatos diui tes ac paupes claros et obscuros deniqȝ ois prorsus exe q̄ret: rn̄dit; cinis.

Moderate.

Alfonsus cum eēt admodū facetus et vrbanus: mirari tñ magis licuit quo aio q̃q̄ moderatione ipē alioꝝ sales ꝑtulerit q̃ꝫ quo ipē iocos protulerit.

Fidenter.

Alfonsus cū audisset albertum orlādūꝫ apud se diutissime exploratorē agere: non solū nō eiecit e curia: sꝫ salariuꝫ annuū illi ultro cōstituit.

Fidenter.

Alfonsus cū accepisset quēdaꝫ ex generosioribus necem sibi iā dū moliri: nō ꝓpterea solus cū solo cōgredi ueritus ē. Quinimmo uelut detestādi facinoris ignarus: sepe illuꝫ placidissima cōuersatione a proposito deflectere tētauit.

Alfonsus cū aliqñ laxare animū a negocijs vellet: nō se quidē abdidit ut pleriq̄: neq̄ cōuiuia: neq̄ ludos aliquos exercuit: sed venatiōe plurimū vsus ē q̃ ut licurgus tradidit: nō solum adolescētes sꝫ grādiores ēt natu militie labores tollerar̄ pulcherrime cōdiscūt. Nec tñ qđ miratu maxime dignū ē: aut uenatiōes: aut amores: aut deniq̄ uoluptates aliq̄ alfonsum vnq̄ꝫ a negocijs remorata ē.

Modeste. Grauiter.

Ab dijs solum Joue neptimo plutone oīa tripartita fuisse memorabat: et sua quēq̄ ꝑteq̄ cōtentuꝫ agere. At hominibus hodie neq̄ qđ satis: neq̄ qđ nimis eēt satis esse.

Studiose.

Cum libris sub spōda solitū dormire regē scimus exper rectū illos cum lumīe poscere et lectitare: ab his quid sibi quid ciuibus cōueniret edoceri potissimū aiebat.

Urbane.

Mendacium uero ex his potissime emanere dicebat qui aut multū legissent: aut multū peragrassent: aut uixissent multum.

Grauiter.

In terra hispania hi qui uitrea uasa uēdere soliti sunt ea ī baculo quodā appēsa p vrbem deferunt numero octana. Hi cuꝫ aliqñ ubi rex aderat ꝑterirēt: ad illoꝝ uoces cōuer suꝫ regē cōtēplatumqꝫ dixisse aiūt hisce uitrarijs cōsilēꝫ ui tā eē beatā: Nā ueluti siquis cū hisce uitrarijs ingēs pciuꝫ paciscat: ut octona illa uascula ad certā metaꝫ integra et ille sa pducāt ē: si vnū aliqd ī itinere cōfringāt: et uala et ꝑtiū ōe depdāt: sic nobis iniunctū eē oñ quiqꝫ sensuū pferēdoꝝ ac coercēdoꝝ: necnō triuꝫ animi potētiaꝝ usqꝫ ad uite exi tū cōmodataꝝ: quib9 si recte ac sincere ad finē usqꝫ fuerim9 vsi nobis merces ingēs repromittit beata uita: sin male ac ppetuā mala ppetua.

Cū aliqñ de iactura reꝝ pciosaꝝ smo hēret psancte affir masse regē audiuim9 malle se gēmas: vniōes: margaritas suas q̄ quidē essēt in oēꝫ orbē terraꝝ diffamantissime q̄ꝫ li bros q̄lescunqꝫ pditū ire.

Grauiter.

Optimum factu sibi videri dicebat: si uolūtas nr̄a inter amorē et metuꝫ media incederet: ut quātuꝫ amor ad exces sum impelleret: tātū timor illā e diuerso retraheret.

Cum uero audisset ab agricultoribus mala punica q̄ natura acria eēnt: arte ⁊ diligētia fieri dulcia: ⁊ nos igit̄ iquit ciues et ppl̄ares nr̄os igenio malo prauoq; bonos et emēdatos industria reddamus. Alijs fortasse dubium uideri poterit: qd̄ nunc hisce annotamentis adiecturus sum mihi quidē satis abunde exploratum ac cōpertū ē alfōsum cum pueris innocētia ⁊ puritate: cū adolescētibus strenuitate: ac uiribus: cū viris prudētia et cōsilio: cum senibus grauitate et auctoritate: cum acutis subtilitate et argutia: cum ingenuis candore et simplicitate: cū oībus deniq; ingenio doctrina: uirtute: arte ⁊ sapiētia contēdisse.

Sapienter.

Maximū uero argumētuz immortalitatis sibi videri dicebat: q; corpus in hac vita decrescere uideremus: ac per oīa mēbra suos q̄i fines ⁊ terminos hēre. Aiam uero quāto magis ad annos accederet: tāto magis intelligētia uirtute ⁊ sapiētia crescere.

Iuste.

Cum accepisset gallū medicū quidē acutissimi: s; auarissimi ingenij sophistā relicta medicia ad cās agēdas sese cōuertisse: fortiq; ōe sophismatibus inuoluere illuz foro, phibuit: decreto edito ut oīs lis quā gallus p̄onus suscipet: ipso iure hēretur iniq̄ et iniusta.

Humiliter et sancte.

Alfōsus si, put libitū fuerit sibi uitā agere liceret: Iuliani heremite uitā sese electu, p inquiebat. Fuit. n. his pāhormitanus incolēs amenissima loca, ppe martini tēpluz: q̄s

gallico vbo zambras appellāt irriguo horto tenuiq; victu letus ac deo deditus.

Grauiter.

Alfonsus cū interrogaret quos e pplaribus suis per caros haberet: illos inquit qui nō eum magis q̄z pro eo metuant.

Moderate.

Ab ore āt Alfonsi nunq̄z oio verbū obscenuz excidisse scimus: nunq̄z interiora mēbrop eius quēpiā vidisse: nūq̄z iurasse nisi p ossa pr̄is: et id quidē rarēter: et ob cām.

Liberaliter.

Scimus itē alfōsum regē nō mō vectigalium ptez maxima ciuibus suis elargitum: sed vrbes ēt pclarissimas comitatus ducatusq; splēdidissimos dono dedisse: ac interiz solitum dicere regē in primis studiū et officiū eē pplares suos locupletes efficere. Popularibus. n. ditioribus factis neutiq̄z reges futuros pauperes.

Patienter.

Cauernosum vlcus in italo exortum scatensq; solutus rex: nec ab aliquo retentus ignito gladio scindendum medico pbuit nullo prorsus aut voce: aut gemitu: aut frōtis cōtractione doloris signo edito.

Perite.

Laudare italicos rex cōsueuit; cū ob alias cās tum in

in ꝑlio paucis equitibus istrueret aciē: siquidē in acie q̄ his pano more plurib⁹ cōstaret equitibus priores tātū manꝰ cōs[illegible]rere: reliquos āt quoniā sese explicare nō possent: inutiles eē inquiebat.

Grauiter.

Philippus ille inclitus mediolanēsium dux cum federa inter se ac regē inita sese forsitā neglexisse aiaduerteret: ac ꝓinde idignatū rege atq͡ imutatū suspicaret̄: statuit ad eū clarissimos oratores mittere varneriū castileoneū iurecōsultum: Frācīscum lādrianum et antonium pisaurēsem: qui vz ipius mētē ac ꝓpositum scrutarent̄ sil: ut cōditiōes īter regē et ducē ipz ī gallia cōuētas a quib⁹ rex liber ꝛ solutus ducis culpa videret̄ denuo cōfirmare ac renouare summa ope anniterent̄. Hi vo cum hac de re argutissimā orōnem habuissent: rex philippi suspitiōe timoreq͡ dephēso: primū illos bono aīo eē iussit: dein se eodē aīo atq͡ obseruātia in philippum p̄rez q̄ fuerit olim cum ab illo digrederet̄ eē rn̄dit: nec posse vnq̄z philippi errata si mō aliq̄ sunt se a ꝓposito sel' suscepto deijcere: placere sibi cōditiōes et federa ea dē illa ꝑpetuo fore: Quid ni. qn̄ bn̄ficia eius erga se perpetua eēnt et ꝑire neutiq̄z possent. Quippe q̄ uelut rediuiua quotidie sibi obuersarent̄ an̄ oc'os seq͡met uoluntatis et gratitudinis sue nuntiuz allatuꝫ fuisse mediolanuz: si iter bellis usq̄q͡ ifestum nō eēt belluz: p̄terea neapolitanuz nō tātuz ꝑtinacia gessisse q͡ regna alia sibi deesse uiderent̄: sed ut captuz pacatumq͡ philippo bn̄factori ī aliquā bn̄fitioꝝ cōpēsationē traderet: certe ut on̄deret se nō minorē uoluntatē ī retribuēdo q̄z philippum ī cōferēdo habuisse. Itaq͡ nō solum pacta olim cōuēta firma et iuiolata p̄stare philippo referri: sz regnū neapolitanūq̄z ēt deferri ultro iussisse.

Strenue.

Emittebat interdum Alfōsus māu balista sagittas q̄tu or passib⁹ q̄dragita refixas in suuz q̄zꝙ forāmē iteꝝ iaciēs remittebat. Easdē cōfixas tertio iaciēs singulatiz i postre mā ptē feriēdo diffringebat.

Alfonsi regis orō in expeditionē ꝯ Theucros.

Scio plerosq3 uestrum demirari. P.C. qđ cum totiēs de expeditione in theucros uerba fecerimus: eamq3 miro cōsensu omnes capessendā censuerimus : cur illa hactenus a me dilata ac pene derelicta uideat̄. Q̄đ equidem noliz ar bitremini: aut negligētia mea: aut pusillanimitate fortassis accidisse. Nam et bellum hoc nobis necessarium semper ui sum est: et utrumq3 tandem omnino suscipiendum : uerum dum alios Europe principes respicio: ad quos huiuscemo di belli cura uel auctoritate uel potentia: aut reruz peritia magis pertinere uidebatur in hunc usq3 diem rem distuli mus. Certe ne insolentie aut arrogantie argui possemus: In presentia uero cum illorum neminem ad hanc rem ani mum intendere animaduertam: ac propterea hostium ani mos in dies magis crescere atque insolescere statuo : si id quoq3 uobis uisum fuerit bellum in christi deuz ac christia norum hostes ulterius non differre: non ꝙ ad tantam bel li molē p me ipse satis omnimodo esse confidam: sed qđ in xpo cuius res maxime agit̄ q̄zplurimū sperē. Hic.n.et ui res nobis et opes et idustriā: et demq3 uictoriā suggeret. Nā si nunq̄3 in seipз spantes ꝺreliquit: cur nos q̇ nō i nr̄a potētia q̇ nullā ē: sз in eius brachio et benignitate confidi mus destituat: pſertim eius ipius iniurias ulciscētes. Bel lū q̇dē ꝯ eum suscepturi sum⁹. P.C. q̇ xpi sūmi ꝛ singl̄aris

dei tẽpluz fedauerit. Marie mr̃is effigiez sagitta p ludibri um transfixerit. Scõꝝ martiꝝ reliquias ptim igni ptim ca nibus edẽdas abiecerit. Quo quidẽ in bello si uicerimus orbis terraꝝ p̃miuz erit: si uicti fuerimus celũ: vt cuiq; igit̃ res cedat: magna nobis aut imortalis gl'ia parat̃. Uerum ego bñficia oĩpotẽtis dei mecũ nõnunq̃z reputãs tria illa uel p̃cipue cõmẽdare uel p̃ferre soleo. Primũ q; me nõ be luaz sed hoĩez hoc ẽ aĩal rõnale p̃ditũ fecerit alteꝝ q; chri stianũ: tertiũ q; tot tãtoꝝq; regnoꝝ regẽ ac dñz. Sileo p̃ ter hec plura: sed his tribus tantũ deo optimo ac benignis simo me obligatũ et obnoxiũ sentio: ut mihi nisi mortaliũ ingratissimus eẽ et hẽri uelim haud amplius oscistãdũ: aut torpescẽduz sit neq; expectãdũ: an quid alij moliant̃ aut pa rẽt: sed rũpẽda potius mora classiq; habene immittende. Nã p immortalẽ Jesum quid ẽ q̃d uerear: quo minus bel lũ hoc honestissimuz ac amplissimũ amplectar: an ne corpu sculum hoc: an ne regna et reliq̃ bõa: an ne deniq; aĩaz ipaz amittã: ueꝝ hec oĩa a deo mihi cõcessa: ita ipi deo tandẽ re stituẽda sũt: ut plane ꝓfitear quicquid huic bello destinãdũ sit meum nõ eẽ: at ei cuius idest iure ac merito reddi debe re. Bellum itaq; nobis ꝓponit̃: in quo nihil q̃d nr̃m sit p̃de re possumus: sꝫ i quo ẽt p̃dẽdo uincamus. ꝑpetuãq; felicita tẽ adipiscamur. Sat mundo inseruiuim⁹: sat uoluptatibus cõcessimus: reliquz etatis deo dãdũ ac cõsecrãdum ẽ. Uic toriã oliz ꝯ seculari regno dimicãtes cõsecuti sumus: quid speram⁹ fore: si de xp̃o ac ꝓ xp̃o pugnã oĩum pulcherrimã subierimus. Perpẽdat iam xp̃ianos et xp̃ianoꝝ princeps tot populorum a macumettanis debellatorum: tot reguz proceruq; interẽptorum: tot hominum in seruitutem ab ductorum aut in macumettanã perditissimã heresim redac toꝝ: uirginum strupratãꝝ: dei ueri ac sanctoꝝ imaginũ sub uersãꝝ: atq; huiuscemõi ꝓpe innumerabilium cõtumeliaꝝ.

Etiam cogitemus capta cōstātinopoli: hoc ē claustris asie defractis: nisi hostium conatibus statiȝ obstiterimus ō nobis deq; xpiana religiōe protinus actū eē. His itaq; aliis rōnibus adducor. P. C. si vos itē annueritis belluȝ pro fide catholica ꝯ theucros: qđ nobis atq; christiane reipu. faustū felix et fortunatum sit cōfestiȝ suscipere auetote.

Alfonsi regis dicteria finiūt. Triūphus eiusdē icipit.

p Ostea q̄ȝ rex cum principibus regni decreuerunt cōuentū celebrare neapoli: relicto beneuēto primum Auersam: deinde tēplum diui antonij extra muros neapolis petier̄. Ibiq; tātisp remorati sunt: dū q̄ ad triumphi spectaculum ptinerēt pararent̄. Cōstituerunt. n. ciues neapolitani vno cōsensu oēs regē triūphātē excipe: tum ob mirabilē victoriā tuȝ ob clemētiā regis inauditā. Igit̄ sexto et uigesimo februarij die rex sese cū pricipibus ondit ad portā carmelitariā: iuxta quā murorum ps non modica a ciuibus ipis diruta erat: et in honorē victorie itroeuntis patefacta: atqȝ ibi triumphalis currus paratus: sublimis ille et inauratus. In cuius summitate soliuȝ erat auro purpuraq; adornatuȝ. Currui alligati erāt equi albētes q̄tuor: totidē rotas tracturi: nimis feroces: sericis loris: aureis frenis redimiti. Erat itē i curru ꝯ regis solium sedes illa piculosa uisa flammam emittere inter regis insignia. Ualde et hoc quidē p̄cipuum: circunstabāt et curruȝ viri patritij uiginti singuli singulas sursuȝ hastas tenētes quibus desup alligabat̄ aureum palliuȝ: nusq̄ȝ alibi in tali ministerio eque p̄ciosum audituȝ. E cuius fastigijs extremis lineis regis et regni et ciuitatis signa circūpēdētia haud in uenuste uentilabant̄. Sub hoc at palio aut mauis vm

bella rex ipse sedēs triumbāsq; deuehendus erat. Sed an teq̄3 curru3 cōscēderet aliquid se dignu3 dicere ac facere cō stituit. Itaq; vocato ad se primū Gerardo: Gaspare de aquino. Ego inquit adolescēs ob merita et seruitia p̄ris te marchionē piscarie cōstituo: creoq; filq; te hortor ad fidē: cōstantiā et integritatē eius: in cuius honorē nos hodie te tā sublimi dignitate honestamus: q̄3 p̄ris b̄n̄ficio partā post hac tua propria virtute conserues et amplifices. Te quoq; nicolae cantehne ob fidē et obseruātiā tuā ducē faci mus vrbis sore. Et te Alfonse cardona ob p̄clara militie facinora singularēq3 virtutē Rhegij comitē designamus. His fere verbis eadēq3 animi gratitudine cōplures in co mitatus dignitatē sublimauit. Frācisсum pādonum. vena fri Joannē ex sancto seuerino Turcij. Frācisсum eiusdem cognomēti Marathe Americū capudatij comites fecit. Mox prope innumerabilibus viris de se b̄n̄ meritis eque strē cōtulit dignitatē: quos hic recēsere omittimus: vt ad maiora sil' et iocundiora veniamus. Post hec in xp̄i dei ve ri ac sapiētissimi noie qui oēm uictorie laudē ac gl'ia3 refer ri semp et vehemēter voluit. Currum ascēdit veste serica cocciniaq; dimissa: lōgeq3 ptracta: pellibus q̄s gibellinas vocāt suffulta capite detecto. Nunq̄3. n. adduci potuit q̄3 q̄3 hoc sibi a pluribus ac quidē viris magnis suaderet: vt coronā laureā de cōsuetudine triūphātiu3 acceptaret. Cre do pro singulari eius animi modestia ac religiōe deo poti us victorie coronā deberi diiudicās q̄3 cuipiā mortali. S3 vbi eminēs in curru visus ē tātus et virop astātiu3 et mu liep supra tectis domop spectātiū clamor et plausus exor tus ē: vt nec tubicinum cātus q̄3q̄3 essent hi pene innume rabiles p̄ clamore exultātiu3 quicq̄3 oio exaudiri possent: Erat interi3 cernere hoies partim p̄ letitia illachrimātes: ptim p̄ gaudio ridētes: parti3 nouitate rei obstupescētes:

progressusq3 uero aliquātulū substitit: donec p̄cedentium
agmē expediret. In quibus florētini oīu3 primi varios lu
dos singulari prudētia excogitatos grādi affatim īpensa
cōstructos in hunc modū explicauerunt. Preibāt statim
post tubicines tibicinesq3 adolescētes decem lōgo ordine
oēs in veste diploide serica coccinea argēto et margaritis
ꝑut inuētu3 aut amor cuiusq3 dictauerat exornata caligis
purpureis: seu vulgo dixeri3 scarlateis: multo silr̄ argēto:
gēmisq3 distictis adequitantes oēs eximie pulchritudinis
equos: et hos quidē notis titinulis vndiq3 r̄sonātibus ad
ornatos stafijs innixi: ut sellā siquis paululū clune cōtinge
ret: ueluti ꝓbro aliquo erubesceret. Dextera leuata mediū
hastile crispabāt: pictu3 et illud ac uarijs florib⁹ īnsitū: qō
mō ī caput quisq3 rotabat: mō ī ictu3 ꝓtēdebat: mō ut sua
cuiusq3 libido erat attractabat: Sertum capiti vnicuiq3
erat laminis quibusdā aureis distictū: qō tñ corā rege trā
seūtes missis habenis sinistra ꝓni capite deponebāt. Seq̄
bat̄ hos reꝝ dña fortuna sup tabulato tabernaculo quodā
pictis tapetib⁹ īstrato et ea quidē uelut curru alto sublata
uehebat̄ capillis a frōte ꝓtēsis: occipite āt caluo: sub cuius
pedib⁹ erat īgēs aureaq3 pila: et hāc infantulus quida3 in
spē3 angeli extēsis brachijs subleuabat. S3 et āgelus sub
aq̄s uestigia firmabat. Fortuna3 modico īteruallo seq̄ban
tur ṽtutes sex pulcherrimis atq3 īstratis eq̄s ōuecte hitu
ꝑhonesto et antiquo ceterꝝ ut dinosci possēt sui q̄libet p̄ se
gerebat īsigne. Pria oīu3 spes coronā: ꝓxima fides calicē:
dein caritas īfantulu3 nudū ostabat: q̄rta ordie īcedebat
fortitudo colūna3 marmoreā māib⁹ sustētās: q̄nta erat tē
perantia māib⁹ fialas gerēs aq̄ uinā cōmiscebat. vltia ṽo
prudentia speculum dextra leua serpētem pp̄lo exhibebat.
Iustitia restabat: q̄ uelut regina ceterꝝ equo nō cōtenta:
sub ornatissimo quodam pulpito eminens uectabatur:

ornatu cultuq; cõspicua dextera nudũ ense3 leua uero tru
tinã gestãs: q̃ uelut seq̃ntibus ac colẽtibus se imperium p̃
bitura post humeros loco eminẽtiore solium constituerat:
et hoc quidẽ auro purpuraq; decorũ: supra q̃d angeli tres
q̃ celo uisi descẽdere. Coronã quisq; suã illi policeri uidebã
tur: q̃ huiuscemõi solium pp iustitiã mereret. Sed hãc pul
cherrimã seq̃bat turba equitũ maxima in hitum formãq;
diuersarũ nationũ principũ pcerũq;. Sed ut hi sedẽ seq̃ban
tur ita et currũ psonati cesaris ante ibãt. Aduẽtabat. n. ce
sar eminẽtissimo atq; ornatissimo quodã in pulpito deuec
tus ad q̃d gradibus instratis ascendebat. Stabat. n. cesar
laurea caput: deuictus armatus: paludamẽto amictus: dex
tera sceptrũ p̃ferẽs leua aureã pilã: sub cuius pedibus mũ
dus in formã sphericã cõtinue mouebat. Cõstituit corã Al
fõso et in hanc fere sniã3 locutus ẽ v̾sibus rithmisq; mater
nis. Ego te p̃cellẽtissime regũ alfõse cohortor ut ixptẽ has
v̾tutes q̃s corã te mõ trãsire uidisti: q̃s ppetuo coluisti ad
ultimu3 usq; tecũ h̾nes. Q̃d si feceris ac facis: scio que te
nunc triumphãtẽ populo ostẽtant aliq̃n dignu efficiẽt: sed
illa impatoria q̃3 mõ trãseuntẽ intuẽs cõcupisti: q̃ cũ ut ui
disti iustitia sil̾ deducebat: vt itelligeres sine iustitia neminẽ
solidã ueraq; gl̾ia3 assecuturũ. S3 fortũe q̃ tibi pauloante
crinẽ aureu porrigere uidebat: neq̃q̃3 cõsidas fluxa et ista
bilis ẽ. Ecce et mundus uolubilis et p̃ter uirtutẽ oia incer
ta. Hãc igit̾ tu q̃d facis religiosissime colas. Ego deũ opti
mum maximũ rogabo: ut te in p̾speritate sed et florẽtiam
in libertate conseruet. Hec locutus cesar agmini sese immi
scuit: et secuti sũt bino ordie florẽtini numero circiter sexa
gita tunicis oẽs purpureis aut coccineis amicti. Post hos
ueniebãt hispani: hi quos latine celtiberes vulgo cathela
nos vocitam⁹: et hi magna celebritate magnoq3 spectacu
lo ludos pagẽtes. Aduxerant. n. equos quosdã manufac

tos veris niuisq3 persiles.lubellonica instratos hos iuue
nes equitabāt ueste ad terrā vsq3 dimissa. Cūq3 suis pedi
bus iuuenes mouerent.equi ipi mō cursū3 arripe.mō i gi
rū flecti.mō insequi.mō fugere uidebant. Erat equitibus
scutū sinistra regis isignibus depictū.dextera nudus ensis.
cōtra hos pedites aderāt ornatu psico siroq3 succincti tia
ris accinacibusq3 formidabiles. Mouebant primo vna eq̄
tes peditesq3 leuiter ad armoniā et ad numeros corizanti
um more saltabāt. Deinde cōcitato sensim cātu et ipi pari
ter inflāmabant. plūiq3 miscebāt.atq3 ita magno militum
clamore.magnoq3 et astantiū risu aliquādiu digladiabant
donec uictores hispani barbaros vndequaq3 fugabēt. ca
piebāt,pterebāt. Post hos uehebat lignea ingēs turris mi
rifice ornata.cuius aditu3 angelus quidā stricto ense custo
diebat. Nā sup ea uectabant vtutes quatuor.magnanimi
tas.cōstantia.clemētia.liberalitas. Neq3 sedē periculosa3
insigne illud regiū p se ferebāt cātantes suā q̄q3 cōpositis
vsibus cātionē. Omniu3 primus angelus ad regē uersus
in hunc fere modu3 disseruit. Alfōse rex pacis ego tibi ca
stellu3 hoc et supastātes q̄tuor iclitas virtutes offero.ma
nuq3 trado.q̄s quoniā tute semp ueneratus et amplexus
es.nunc te triumphātē comitari gr,tāter uolunt. Proxia
huic magnanimitas regē hortabat ad animi excellētiam.
Subinde demonstrās barbaros illos ab hispanis uictos
fugatosq3.ut itelligeret rex.si qn̄ belliū suscepturus eēt ꝯ in
fideles.et a xpi noie abhorrētes hispanos pstō eē.ac ,pcul
dubio uictores euasuros. Tertia erat cōdimētu3 vtutum
oiu3 cōstātia.et ipa regē admonebat.ut humanos casus si
qn̄ accidūt armato cōstātiq3 aio pferret ab honesto glorio
soq3,pposito nullo ifortunio abduceret. fortunā siquidem
oēs terēdo supari. Clemētia deinde vultu pter ceteras ex
hilarata uelut in rege q̄si in speculo se ipa intueret. Reliq̄

inquit.n.rex he sorores inter mortales te sane prestantissi
mum reddunt. Ego uero te nō hoībus sed dijs immortali
bus facio equalē: Ille quidē uincere: ego te uictis parcere
eosdem tibi cōciliari mōstraui. Hec breuiter effata cōticu
it. Liberalitas postremo in vulgum pecuniā ꝑdigere signi
ficās regē gl'iam dūtaxat cōtentum agere: reliq oia popu
laribus elargitur. His ita mirꝫ īmodum cōpositis ac ꝑce
dētibus currum: quinqꝫ mox aderāt uiri nobiles coccinia
clamide induti ex quolibet theatro suus. Diuidit.n. ciui
tas ois neapolitana in theatra quinqꝫ q̄ illi a cōsidēdo se
dilia appellāt: hi quidē ꝑerant currui dirigēdo equisqꝫ dex
trādis toti deniqꝫ ꝑcedentium agmini ordinādo: tū scipio
nibus quos dextra ꝑferebant: tum auctoritate maxime ex
timescēdi ꝑcedebat iā alfonsus augusta maiestate uenerabi
lis ac totius corpis dignitate spectabilis. Et rursum cla
mor plaudētium ad celum usqꝫ perlatus ē: currū pedibus
oēs seq̄bantur totius regni reguli ac pricipes ordine q̄ter
no: Omniuꝫ primi Ferdinādus alfonsi triumphatoris fili
us ꝑclara indolis puer Joānes antonius princeps tarēti
nus: atqꝫ hi medij: a quoꝝ dextera Raimundus priceps
salernitanus: a sinistra Abrahamus tunicentium regis le
gatus. Deinde uir maximus, ꝑqꝫ sua fide et cōstantia sem
piterna memoria dignus Joānes antonius suessanoꝝ dux
honoratus fundoꝝ comes Frācīscus urbis rome ꝑfectus
idē et grauine comes. Petrus incliti mediolanensium du
cis legatus. Tertio ordine ātonius dux sācti marci. Tro
ianus Melfie. antonius xātilia: marchio crotoni. Jacobus
comes nicolai piccinini uiri fortissimi filius. Deide suo q̄cꝫ
ordine duces: comitesqꝫ duo ō quadraginta proceres ꝛ ba
rones circiter cētum eq̄stris ordinis uiri prope inumerabi
les ꝑstātium uiroruꝫ grauissimorum pontificum litteratis
simorum hominum: infinita etiā multitudo. Diceres post

currum frequētiam cernens non alibi hoīes in urbe eē pos se. Sed pter hec ita forum illud amplissimuꝫ ita palatiorū oīum culmina: ita fenestre: ita ianue: ita porticus. ita uie: ita theatra: ita loca oīa referta erāt: hominum tum exte rorum vndiqꝫ ad spectaculum cōfluentium: tum ciuium ip sorum: ut si post currum nōdum uideras ibi nihil hominuꝫ superesse cōtenderes. Iāqꝫ alfonsus per media sui triūpha lis arcus fundamēta capta iā agi iter faciebat: monumen taqꝫ rerum suaruꝫ paululum cōspicatus numulariorū uer sus regionē ire perexit. Ubi uiarum pauimēta floribus ac frōdibus sparsa erāt. Sed qđ nusꝑiā uisum nusꝑiā lectum ē: fenestre ipse oppositaruꝫ domorū coccineis multoqꝫ au ro contextis pannis iungebantur. Subter hoc aureo qua si Alfonsus magno argentareorum mercatorumqꝫ omni um plausu nouoqꝫ etiam ludorum apparatu ac festiuitate incredibili preteruectus ad porte noue theatrū protinus peruenit. Ubi uirorum puellarumqꝫ sane pulcherrimaruꝫ infinita prope multitudo chorizantium: concinentium: re gem ipsum incredibili desiderio: maudita letitia operieban tur. Erant hoc sicut in ceteris theatris parietes ipsi pere grinis auleis stragulisqꝫ uestiti: mulieres prelertim purpu ra auro mūdo gemmis sumptuosissime culte. In luxu laus erat. Ipsi quidem regi domino patri benefactori cultus: ornatusqꝫ omnis referebatur exoluebatur. Igitur presen tem ipsum salutationem cantuqꝫ dimissis: aut rectius iter missis puelle omnes genu flexe manibus iunctis quasi de um aliquem ipsarum pudicitie custodem adorauerunt: itidem uiri fecere bonis uitaqꝫ seruati. Inde profectus theatrum que portus dicitur offendit pari saltatu pari ex ultatione deludans: nec minore exornatu puellarum nu mero uenustate: cultu: munditia: perpolitum eadem gra titudine ac reuerentia regem conseruatorem exceperunt.

Jnde nidum deductus ẽ theatrũ nobile et antiquꝫ: nulli su
pra cõmemoratoꝝ inferius: siue parietũ ornamẽtis inaniꝙ
pictura pascaris: siue puellaꝝ multitudie obstupescas: siue
ipꝝarum pulchritudine capiaris: siue cãtu demulcearis: siue
saltatione forsitan oblecteris. Et hic quidem oẽs piissimo
ac clemẽtissimo regi immortales grãs egerunt. Et monta
neã uetustissimũ theatrũ se cõtulit siñi cultu: siñi gratulatio
ne: simili oĩuꝫ effectiõe: a viris puellisꝙ susceptus. Jnde dis
gressus ad marmoreos mr̃is eccłie gradus curru descẽdit:
et cũ principũ ꝓcerũꝙ subseq̃ntiuꝫ põpa tẽplum ingressus
christi Jesu uerissimũ numen humilime cõprecatus ẽ: Jlli
victorie laudẽ: illi triũphi gł̃iam: illi uirtutũ oĩuꝫ honores
ac grãs tribuens referẽsqꝫ: dehinc viã repetens ꝓ valuis
eccłie iãnoctium pictũ de se benemeritũ viꝝ eq̃stri dignita
te exornauit: currũqꝫ cõscendit cum magna ac ꝓpe incredi
bili puellaꝝ que in theatro capuano regẽ opperiebant̃ leti
tia ac plausu nusq̃ꝫ alibi aut reꝝ magnificẽtia: aut nimpha
rum formositate: aut uiroꝝ generositate: aut aĩoruꝫ gratu
latiõe: aut deniqꝫ personaꝝ: rerũqꝫ oĩuꝫ maior apparatus
hẽatur. Hac itaqꝫ rex ꝑteruectus in arcẽ tandẽ capuanã
splẽdissimo huic theatro vicinam et iam aduesperascente
perductus est: Deo gratias.

Antonij panormite Alfonsi regis dictoꝝ ac factoꝝ me
moratu dignoꝝ liber quartus et vltimus finit. Hec cum
proderẽtur. lx. annum agebat Alfonsus. Editi hi libri in lu
cem fuerũt Anno dñi. M. cccclvᶜ. Neapoli.

Jmpressi Pisis ꝑ Gregoriũ de gente. contẽplatione eo
rum quos epistola operi ꝓmissa commemorat. Anno a na
tali christiano. M. cccclxxxv. Caleñ. Febr̃.